

locutusque aduentasse. Ei ianitore quodam dicente nunc Cyro o peregrine nequaquam ocium est: ipse. n. potat: Callicratidas magna quadam simplicitate respondit. Graue profecto nihil est. Ibi. n. stans quoad potet expectabo. Tunc rusticus existimatus & a barbaris derisioni habitus abscessit. Secundo reuersus cum intra fores non admitteret moleste ferens in Ephesum abiit multa imprecatu is mala quae barbarorum delictis illecti eos pro populi contumaciter lasciuire docuissent: deosque presentibus testatus est se quae primum Spartam tetigerit omnem daturam operam: ut in gratiam graeci pristina reuertatur: quo barbaris terrori sint & in mutuam caedem illorum potentiam implorare desinant. Verum Callicratidas pro spartana dignitate gerens aetas cum aetate magnitudine ac fortitudine excellentissimis graecorum par esset: paruo deinde tempore nauali pugna superatus in arginuis est deletus. Rebus retro ferri coeptis socii missa legatione Spartam Classis ducem Lylandrum deposcebant: uti sub eo imperatore negotia ardentius amplexuri. Eadem & Cyrus flagitans miserat. Vetante uero lege his eundem classis profectum fieri cum Lacedaemonii more sociis gerere uellent: profecturae quidem nomen Arato imposuerant: caeterum Lylandrum uerbo quidem legatum: re autem uera cunctorum summam proficiunt. Plurimis igitur qui in rebus publicis uersabantur: & in eorum urbibus uehementer poterant dudum exoptatus aduenit. Spes. n. iniecta est eius opera ampliores illorum potestas futuras. re omnino populari dissoluta: quae simplices ac generosos imperatorum mores amabant Lylandrum quotiens Callicratidae compararetur uersutum captiosumque censebatur: qui res bellicas uariis tractans modis ipsam quoque iusticiam utilitate amplificabat. Alioquin comodis ut honestate utens & uera mendaciis non natura praestantiora existimans utriusque praecium atque honorem necessitate diffiniebatur. Quibus Hercules progeniem sine fallaciis belligerare dignum iudicabant eos irrideri iubebat. Quo enim leonis pellis non attingeret inuenienda esse uulpinam. Huius generis sunt quae in milesios fecisse dicitur: Amicis atque hospitibus popularem potentiam sese dissoluturum esse promiserat: simulque aduersam factionem eieciturum. Mutatis interim sententiis cum pacatis animis inimicitias deposuissent: aperto quidem uultu & gratulari & conciliandis opere afferre simulabat: clam uero conuitiis & maledictis ad inuadendam multitudinem instigabat. Ut autem insurgentium tumultum accepit: euestigio auxiliu importaturus oppidum irrumpens: quos rex nouage studiosos habebat obuiam grauiore tono uocis increpabat & asperrime perducebat ut suppliciu illis in flictu: alios confidentiores esse iubebat & eo praesente graue nihil expectaturos. Haec ipsa simulator tam uarie fingebat: ne quae dominatio populari potentes erant euaderent: sed circa urbem residentes caederent: quod & euenit: si quidem uniuersi fide Lylandri dictis habita sunt interfecti. Androclidae sermo memoriae perditus est: pro multa Lylandri ad iusiurandum leuitate arguens. Is. n. ut aiunt iubebat pueros quidem astragalus: uiros autem iureiurando fallere. Polycratem famulum tyrannum imperator non recte profecto imitans. haud. n. laconicum: sed contumeliosius est deis sicut & hostibus uti. Nam quis abiurat hostem quidem formidare deum uero negligere confiteatur. Cyrus Lylandro Sardis accersito ut ei iuueniliter assentaret: ipsius gratia nonnulla praestare praesertulit: quaedam subinde pollicitus: si pater minime traderet uel domesticam suppellectilem suppeditaturum. Quod & si cuncta defuerint aureum & argentum secuturum esse solium: unde populis ius dicere consueisset. Denique in Media suum profectus ad patrem ciuitatum tributa illi suscipienda designauit: & eius fidei proprium commendauit imperium: gratum in primis habens & omni rogatu ab eo uehementer contendens ne suum ante reditu cum Atheniensibus nauali certamine dimicaret: aduenturum namque magnam secum classem ex Cilicia & Phoenice ducentem. Lylander cum neque pari multitudine pugnare neque tot cum nauibus ociosus sedere posset: nonnullas in potestate redegit insulas. Aeginam quoque ac Salaminam adiens incursionibus uexauit. Dehinc descendit in Agrum Atheniensem: ubi salutato Agide quae de Colia uenerat: pedestribus copiis uires maritimas ostendere uoluit: quibus maris ditionem obtinebat. Tamen iterea doctus insectantes illum Athenienses aduentate: alio pro insulas cursu effugit in Asiam. Destitutum offendens Helespontum lapsacenos aggressus est nauibus. Thorax quoque pedestres simul expeditas muris admouit copias: urbem itaque capiens ut praedam militi concessit. Attica uero classis centum & lxxx. triremium eo tempore penes Cleontem cherronesi oppidum stabat in ancoris. Audita lapsacena clade confestim Sextum aduehuntur inde frumentatum euntes ad aegos. i. caprae flumen nauigant e regione hostium adhuc circa urbem Lapsacum cum classe stationem habentium. Atticae classis & alii multi ductores erat & Philocles qui populum induxit oratione sua ut captorum in pugna hostium dexteram manus pollicem praeciderent: ut cum hastam ferre nequirent remum tamen agitare possent. Eo die cessatum est a praelio. Postridie pugnam inire sperantibus Lylander cum alia uersaret aios: nauis edixit & gubernatoribus: ut perinde ac circa diei ortum futuro certamine triremes conscenderent & silentio fidentes & ordine edictum expectarent. Itidem & pedestres copias structas in littore conuiescere iubet. Ex oriente sole athenienses directis in hostem frontibus totam classem concitant. Quibus prouocantibus Lylander aduersas tenens proras frequenti bellatore completas intendentibus iam tenebris non tamen se in altum eduxit. Ad primas deinde naues scaphas summitens ordine considerare & conuiescere iussit: & nullum edentes tumultum nullo pacto exire obuiam. Hunc imodum cum iam aduersa sceret concedentibus retro Atheniensibus nullum dimisit ex nauibus militum: nisi duas aut res triremes: quae explorandi gratia missae descendente specularentur hostem. Postero die tertio item & quarto idem factitatum est: ea res magnam Atheniensibus iniicit audaciam atque contemptum: perinde ac hostibus terrore compressis alcibiades interim: nam is circa cherronesum suam intra arcem uitam trahebat: ad atheniensem equo peruectus exercitum duces increpuit: primum quod male & minime tuto castra in littoribus locassent: quae & statione carerent: & aduentorum impetus exponerent. Deinde peccare illos quod Sexto exercitui necessaria capiant: cum opportunisset mox postea quam nauigatione Sextum circuisissent intra portum aut urbem sese praecipue ab hostibus constituisset: quod sub unius ductu atque auspicio imperatoris tantum in portu habeant exercitum: quod dato signo statim omnia ad timorem imperata proficiant. Quae cum edocuisset non modo non obtemperarunt: ueque et Tydeus contumeliose respondens: Non tu quidem inquit sed

LYSANDRI

alii imperatores adfunt. Alcibiades igitur aliquā inter eos pditionem subesse suspicatus abscessit. Die quinto annauigātibus rursū Atheniēsis & remeantibus ut cōsuerant summa cū negligentia pariq; contēptu: Lysander speculatoriis emissis nauibus eorū præfectis imperat: ut cū primū egressos pspexerint Athenienses: retro oī celeritate remigent. Cūq; medio in traiectu fuerint æreū de prora clypeū attollant irruptionis signū. Ipse interim gubernatores & triremiū pfectos adiens puocabat icitabatq; ut remiges & cōmiliones structos cōtinerent. Signo dato omni p̄mptitudine ac robore ī hostes īferre. Sublato e nauibus clypeo e p̄to: ia nauī tuba insonuit ī altum se subuehunt: & incursionē faciunt: peditatus ī littore certatim aduolans p̄montoriū petit: hoc aut̄ intercedens utriusq; cōtinentis spatiū quindecim stadiorū est. Id uero studio & p̄mptitudine remigantiū e uestigio corripitur Conon Atheniensium īperator primus e cōtinenti annauigantē derepente classem p̄spiciens mærore classis uexatus uociferari ut cōscenderent: uocare alios obtestari nōnullos coactos īferre. Dissipatis aut̄ hoībus nihil studio p̄ficiebat. Nā ut primi exierant statim utq; nihil expectabant: aut in rebus emendis uersabant: aut in agro deambulabant: aut intra tentoria sopiti iacebant: aut parandis prandis incubebant: longe a futuri cogitatioe p̄ducum imperitiā existentes. Clamore ac strepitu illatis iā hostibus Conon octo sublectis nauibus ī Cyprum ad Euagorā fugiens enauigauit: Cæteræ aut uacuae captæ aut nōdum refractæ: hoīes inermes & dispersi cū auxiliū ferrent ante naues cæsi: uel si fugam capescerent descendentes ī terram hostibus necabant. Capta tria hoīum milia cū ducibus: & classis uniuersa cū ora maritima p̄ter naues q̄ cum Conone salutē fuga cōpararunt. Inde religatis post se nauibus cū castra diripuisset: Lysander cū tibiæ & pæanis cantu Lampfacū reuertitur: opus amplissimū nimio labore conficiens: & una hora longissimū tēpus & diuersissimum fortunisq; & euentibus ultra superiora bella incredibile corripens: q; post infinitas certandi formas & regū gestæ permutationes cōplures q̄ antea græciæ duces consumpsit: & unius uiri consilio & grauitate trucidādos dedit. Quocirca nōnulli hoc opus diuinitus factū existimauere: Castorē & Pollucē in Lysandri nauē utraq; ex parte extitisse: & quo tēpore portū erumperet sydera clauo circūluxisse asserentes. Quidā & lapidis casum ad eorū reueuentū p̄digio fuisse ferunt. Nā ut constans multorū est opinio: miræ magnitudinis saxum ad ægos. i. ca. præ flumē e cælo delatū est: qd̄ & ætate nostra ostendit: id p̄cipua religione p̄sequentibus Cherronesi incolis. Anauagorā quoq; p̄dixisse tradit q; eorū quæ cælo induta sunt corporū lapsu quodā & agitatione facta unius effracti casus futurus eēt & abiectio. Astra eēt haud eo ī loco esse quo nota sunt. Nā cū saxea sint & graua ætheris quidē resistentia & reflexioe splendere. Cæteræ per uim alstricta trahi uertigine ac circuitio nis tenore sicuti cū frigida & pōderosa ab rege primordio secernebant a toto ne huc deciderent & continebant. Alia quædā q̄ hæc credibilior est opinio asserentibus nonnullis: ut radiantes stellæ nequaquā sint ignis ætheri fusio & distributio in aere: q; circa icensionē ipsam extinguit: nec aeris ī superiore parte multitudi ne soluti successio & sic inflamatio: ueg; cælestiū corporū iactus & casus: uelut quadā tenoris inclinatioe & motionis auersæ exagitatioibus delatorū: non ad habitatos terræ locos sed plurimis exterius in mare magnū excidentibus: quo circa latent. Cæteræ anauagoræ testis accedit Damachus in iis q̄ de religinne tradit: q; ante illius lapidis casum qnq; ac septuaginta dies assiduos corpus igneū eximie magnitudinis cælo spectabat minime getū: sed multimodis p̄fractis agitatioibus delatū: sicut abscissæ auulsæq; ignis formæ motu & terrore passim plateæ in modū radiantiū stellæ fulgurant. Postq; deiectū est saxū incolæ metu ac pauore sædato cōuenere. Nullū ignis aut opus aut uestigiū cernunt: lapis aliq; gradis quidē iacebat. Cæterū illius igneæ figuræ & (ut sic dixerim) ambitus partē nullā hēbat: q; Damacho discretis opus ē auditoribus liquet. Seuerus ē sermo: eos uehemēter arguit q; petrā aliquo ex colle uentis & tēpestatibus effractā dicūt: inde more turbinis derelictā ubi primū circūuoluēs agitator ille destitit dissolutusq; ē eiectā decidisse: nisi forte qd̄ multos p̄ dies apparuit re uera ignis exit. Sed extinctū atq; corruptū aeri mutationē in uetos motusq; uiolentissimos præbuit. A quibus ut saxū ipsum abiiceret obuenit: hoc scribendi genere diligentius excutienda sunt. Lysander uero cū tria captiuorū milia morte dānatos a Collegiis inteligeret. Philoclē eorū īperatōrē accersens rogauit quā se dignum pœna censeret: cū talia ciuibus aduersus græcos consilia tribuerit? At ille nulla ex parte ad calamitatē demissus eos ne icusaret iussit: quorū nemo iudex adesset. At ea uictor ageret quæ uictus passurus erat. Deinde lotus splendida sumpta lena ante alios ciues ut uulgare p̄cessit. quēadmodum Teophrastus scriptū reliquit: Post hæc ad oppida nauigās quoscunq; obuios Athenienses haberet Athenas abire īperauit: Nulli se ueniā concessurū qn eos trucidaturū quos extra urbē offenderet. Hæc uero iccirco faciebat & uniuersos intra urbē cōpellebat: ut cum in ciuitate fames confesti inualesceret ac inopia: in obsidione nullas molestias exhiberent per rege copiā facilius tolerantes. Destructis populis & rebus eorum publicis in singulas unū dūtaxat ac Lacedæmoniū gubernatōrē dimisit. E societatis bus at̄ quæ per urbes eius opera cōgruebant decem ex suis præfectos iposuit: Nec ipse & p̄ hostiles & p̄ socias ciuitates peragens lentā nauigationē ducebat sibi Græciæ principatū quodāmodo instruens. Haud. n. primates aut locupletes præfecturas designabat: sed in sodalitia & hospitalitates res ipsas gratiose conferebat honoris ac suppliciorū dominos auctoresq; constituens: Compluribus eēt præfens cædibus & amicorū suorū inimicos ex urbibus eiiciēs iudicium haud sane benignū de Lacedæmoniō īperio græcis exhibebat. Theopopus igitur comicus delirare uisus est: qui cauponarū & uina uendentium muliercularū similes Lacedæmonios dixit: q; cū græcis libertatis gustū propitiassent: acetum. Instularunt iccirco enim molesta & acerba erat prægustatio: cum Lysander nullam populis administrandæ rege auctoritatē p̄mitteret: & paucis confidentissimis quidem & contentiosissimis ciuitates manu & potentia tenendas cōmitteret. In his non multo tempore moratus missis Lacedæmoniā legatis nunciat se cum ducentarum nauium classe

annuigare. Deinde circa terrā atticam se cū Agide ac Pausania regibus cōiungit: ut e uestigio urbē captu-
 rus. Repugnantibus uero Atheniensibus assumptis nauibus rursus traiciens ī Asiam cæterarū plane ciui-
 tanū statū dissoluit. Cōstitutis, x. uiris multis ubiq; iugulatis multis exilio mulctatis: uniuersis eiectis fami-
 lis ciuitates ī exulum prāte posuit. Arrepta subīde Atheniēsis Sexto, phibitis habitare Sextianis guberna-
 toribus & nautarū hortatoribus agg; & urbē fruendam depascendāq; tradidit. Quā ad rem refragati pri-
 mo Lacedæmonii sextianos ī agrum denuo reduxerunt. Illa Lysandri opera cuncti iocunde spectauere græ-
 ci. Aeginētes longo post tpe suā recuperauere urbē. Melios & sicyonios in ppria restitutos domicilia expul-
 sis inde Atheniensibus & oppida reddentibus: audiēs Athenienses inualefcēte ītra urbem fame male habe-
 read Pyræum nauigat: ubi inductā necessitate ciuitatē ad pacem īperata facere coegit. Operepcium est La-
 cedæmonios audire dicentes Lysand; ad Ephoros hoc pacto scripsisse. Captæ sunt Athenæ. ad quē sic re-
 scripserunt Ephori: Sat ē capi: hic ad decorē fictus est sermo, uerax at ab Ephoris decretū hunc ī modū se
 habet. Primores Lacedæmoniorū decreuere, Pyræo & lōgis muroq; turribus eiectis: ubi ex uniuersis exie-
 ritis urbibus uestrā possidete terrā, hæc ipsa cū feceritis pacem habete: q̄ opus sunt exhibere. Remissis exuli-
 bus de nauīū multitudine qcquid deliberatum fuerit facite. Athenienses teramene senatū habente hāc ab
 Lacedæmoniiis acceperunt epistolā: quo tempore Cleomenē ab iuuenē quodā ex factiosis interrogatū fuis-
 se tradunt: Nū aduersus Themistoclē & dicere & facere auderet muros Lacedæmoniiis tradere nequicq; re-
 formidans: quos ille inuitis Lacedæmōiis altius ædificauerat. Cui Cleomenes nihil aduersum Themisto-
 clē inqt adolescētule facio. Nā quos ille muros ad ciuitatis salutē ædificauit: nos ad salutē diruemus. Quod
 si mœnia foelices ciuitates efficiunt: infœlicissimā esse Spartā necesse erat: cū nullis septa sit mœnibus. Itaq;
 cū Lysander uniuersis nauibus, xii. dūtaxat exceptis & muris Athenarū potitus eēt. xvi. munichionis men-
 sis: quo & penes Salaminē nauali certamine barbarū deuicerant: statim de pmutando reip, statu cōsiliū
 agitauit: quā rem cū Athenienses aspere & cōtumacibus ferrent animis: misit q̄ denunciarent Fedifragam
 ab se ciuitatē esse deprehensam. Ipsam, n. præterisse dies qbus diruendi fuerant muri quos adhuc stare cer-
 net. Alerā igitur in illos denuo latam eē sniam: ut q̄ conuenta dissoluerint. Sunt q̄ de ciuitate ī seruitutē re-
 digenda re uera sniam inter socios ppositam fuisse dicāt: quo qdem tēpore thebanū Eriamperthū aucto-
 rē extitisse: ut urbe diruta agg; pecori pascendū relinquerent. Postmodum coactis ad sodalitiū ducibus:
 phocensi qdā tibicē Electrā catabat Euripidis: cuius initium ē. Tuas agrestes Electra petii domos Agamē-
 nonis gnata, ad cuius tantū fractis cunctoq; aīs miserabile uideri facinus eā uastare ac delere urbem. Cuius
 immortalis extet gloria & q̄ tam claros ī lucem uiros extulerit. Lysander igitur Atheniēsis ad oīa sum-
 missis iclinantibus p multas ex urbe uniuersas ex castris tibicinas accersit: qbus iteq; modulātibus muros
 a fundamētis eruit: & triremes cremauit: ad tibiā coronatis itereaq; ludentibus sociis: pinde ac dies illa pri-
 cipiū libertatis afferret. Cōfestim etiā reip, statū pmutans triginta qdem ītra urbē, x. uero ī Pyræo pfectos
 instituit: p̄sidiū arcis & Callibiū Lacedæmoniū gubernatorē imposuit. Hic postea cū Autolico pugili cuius
 tēpore Xenophontis conditū est symposium sublata fusce plagā inflicturus esset: is eleuatis in sublime cru-
 ribus pnum euertit hoīem: quod cum Lysander minus moleste ferret: ipsum insuper redarguit Callibiū
 his adiectis uerbis: ignorare Callibi uideris q̄ in liberos geris īperium. Paulo deinde post, xxx. ut Callibii
 gratiā inirent autolicū occiderunt. Postea uero Lysander in Thraciā enauigans grandē pecuniam dona co-
 ronascq; suscepit: cōpluribus (ut par uidetur) ad eū conferentibus uig; sane potentissimum & quodāmodo
 Græciæ dominantē. Ex quibus quæcunq; superuacanea fuerant p Gylippum qui in Sicilia ductaret exer-
 citū Lacedæmonā transmisit. Gylippus dissutis ut aiunt saculis nō mediocrē ex singulis pecuniā subducēs
 denuo confuit: ignorans inesse unicuique litterulas numeq; significantes. Spartā itaq; pfectus cum ea quæ
 subduxerat domi sub tegulis clam occultasset: saculos Ephoris tradidit: sigilla cōmonstrās. At illi cum re-
 clussissent dubitationē res afferebat: q̄ argenti numerus conscriptis dissonare uisus est. Seruus interim Gy-
 lippi ueniens factū subambigue dicit: multas sub tegulis cubare noctuas. Eo nāq; tēpore ut plurimū Athe-
 niensium gratia noctuæ nūmis insigniebātur. Gylippus igitur post res ab eo præclare ac magnifice gestas
 turpe ac indignū facinus adortus e Lacedæmone sponte cōmigravit. Quocirca spartani qui plurimū sapi-
 entia pollebant: eo facto pecuniæ uim uehementissime formidantes (haud enim infimos iā ciues attige-
 rat) Lysandrum carpentes Ephoros obtestabantur ut uniuersum argentū atq; aurū perinde ac pestes itro-
 ductas abiicerēt. Itaq; latā esse ī senatu rogationē ut theopōpus auctor ē ferēte Saraphida: uel ut Ephorus
 tradit Phlogida: aurū atq; argentū inter urbē suscipi nō licere. Patriæ aut ritu nūmis utendū. Hi ferrei prin-
 cipio fuerant: sed igniti aceto cuncti ut in usus fabriles accōmodarentur. Ac iunctura molles & ad icidēdū
 prorsus inutiles redderentur: deinde graue pondus portatuq; difficile magno ex numero atq; mole pusil-
 lū sane p̄ciū ualens: Apud prius sæculū sic oīno habuisse uerisimile est: ut nūmoq; loco ferreis uterent uir-
 gulis, i. obelicis plærīq; & æreis. Ab quibus hoc ē tēpore nūmoq; numeq; obolos uocari certū ē: & obo-
 los sex unā cōficere drachmā: quia tot manus ipsa cōplecteretur. Cæterū cōtradicientibus Lysandri familia-
 ribus & summo studio contendentibus ut pecuniæ in ciuitate manerēt: decretū factū est: huius qdē gene-
 ris nūmos in p̄thiscū referendos esse: q̄ si quis priuatī possidere depræhensus fuisset: ei capitis supplicium
 diffinitū quasi Lycurgus nūmos quidē non autē nummoq; auatiliam pertimuerit: quā non priuatis iter-
 dicta possessio sicuti ciuitati concessa ingenerabat: præsertim cū usus dignitatē emulationēque susciperet.
 haud enim eos ut inutiles contēnere priuatī facile erat: quos publice ī honore haberi contuerentur: nec ad
 domesticā rē eā nihil petendā arbitrari: q̄ cōiter & probari & amari, p̄spicerēt: qn lōge citius ab cōibus ex-
 erciis ad priuatoq; uitas consuetudinesq; manant: q̄ singulorū affectiōes elebantur: quæ ciuitates rerum

LYSANDRI

turpitudine ac flagitiis impleant: partes enim cū toto pariter uersari uerisimilius est: quādo uergat i peius. At delicta partis ad totū multa ab iis q̄ recte ualeant intenta habent adiumenta. Illi q̄dem ne pecunia ciuū domos irrumperet metū legēq̄ custodem instituerunt. Aios uero ut inconcussi & ad argēti cupiditatem ī fracti manerent minime conseruauerunt: iniecto cunctis diuitiāq̄ amore proinde ac honestū q̄dā & amplissimū foret: hęc cū alio quodā in genere scribēdi uersaremur de Lacedæmoniis attigimus: Lysander æreā ipsius singulorūq̄ præfectoꝝ statuā e manubiis posuit in Delphis: & aurea Castoris & Pollucis astra quæ ante res leutricas euauerunt: in Thesauro Brasidæ & acanthioꝝ triremis ex auro & ebore cōposita duoz̄ cubitoꝝ erat: quā Cyrus ei uictoriæ monumentū miserat. Anaxandricles Delphis scriptū reliquit eo in loco Lysandri depositum esse talentū argenti & minas duas & quinq̄ginta. Præterea stateras undenos: qua in re minime cū cæteris concordat historicis qui de hoīs paupertate confessā scripserunt. Ea igit̄ tempestate Lysander quātum priscoꝝ nemo græcoꝝ potentissimus & elatiōe & potestatis magnitudie uisus ē uti. Nā ut duris tradit illi primo græcoꝝ p̄inde ac deo p̄ ciuitates & aræ & sacrificia cōstituta eiꝝ ante oēs p̄anes decantati sunt. Ex q̄bus unus huius generis initium habuisse memorat: almæ Græciæ imperatorem ab latissima Sparta diuinis celebremus cantibus iopæan. Samii ut dicata iunoni templa Lysandria uocarentur senatusconsulto decreuere. Choerillū poetā suo semp̄ adiunctū lateri habuit: ut res quas gesserat uersibus exornaret. antilochus mediocria q̄dā de illo carmina ediderat. Qua re delectatus Lysander muneris gratia pileū īpleuit argento. antimachus autē colophonius & Niceratus Heracleotes Lysandria poemata certatim agebant. E q̄bus cum Nicerato coronā donasset: antimachus dolore percitus scriptū ab se carmen aboleuit. Tūc iuuenis adhuc Plato antimachi poeticū admiratus ingeniū q̄ superatū sese moleste ferebat reuocatū mitigabat: ignaris ignorātiā id malū eē p̄fatus ob cæcitātē nō uidētibus aristonus Citaredus cū sexies Pythia uicisset: ut Lysandri gratiā iniret ei pollicitus est sese cū denuo uictoriā reportaret aristonū Lysandri seruū p̄conio declaraturū. ambitiosus Lysandri aius primoribus & sui ordinis hoīb̄us grauis tantum erat. Cum autē elationis pariter ac molestiæ plurimū & mores & ambitio p̄ familiares cōtraxisset: in eo nō honoris nō supplicii uulgaris modus inerat: hospitalitatis & amicitiae præmia p̄ponebātur urbani sine appellatione potentatus: & dominatiōes indiscussæ: una uero explendæ iracundiæ uia erat: inimicū extinguere cui ne ulla quidē fugiendi licentia p̄stabatur. Posteriori tēpore latentes milesios in mediūm p̄duci cupiebat. Veritus autē ne intercessorē populū constituerent: neminē uiolaturū iureiurādo affirmauit. li uero cum fide habita puenissent paucis factionis suæ hoīb̄us iugulandos tradidit: haud octingentis pauciores. aliis ēt in oppidis innumerabiles plæbeioꝝ cædes fiebant. iam. n. nō priuatis ipsius causis trucidari uidebant: sed plær̄isq̄ simultatibus & cōpluribus auaritiis eoz̄ qui ubi uis gentiū erāt amicoꝝ morem gerebat: & opē simul ac operā impendebat. Quocirca Lacedæmoniis Eteocles frequentē consecutus est laudē: cum dixit bene actum cū græcia q̄ duos minime Lysandros protulit: hoc idē (ut auctor ē Theophrastus) de alcibiade ab archestrato dictum est. Cæterę ibi contumelia mollities & contumacia molestia maxime pariebat. In Lysandro autē acerbitas moꝝ grauem pariter ac terribilem potentiam afficiebat. Lacedæmonii cæteris Lysandrum incusantibus nequaq̄ animum uehementer adhibuerūt: ut uero Pharnabarus post multas eius iniurias uiolentius agrum uexantis Spartā misit accusatores: indignabundi Ephori unum ex amicis & sociis ducibus Thoracem quem priuatum argentum possidere deprehenderūt sup̄premo affecere supplicio. Lysandro uero missa Scytala ut Spartam adueniret edixerunt. Scytala talis ē cū Ephori aut classis præfectum aut imperatorem emittunt. duo teretia ligna & longitudie & crassitudie diligenter adæquant: adeo ut de rafa uicissim congruant: e quibus eum alteꝝ sibi reseruēt: alteꝝ tribuūt discedenti. Hęc autē ligna Scytalas appellant: Cum igit̄ arcanū aliquid & arduū explanare cupiunt: chartam instar lori prolixam & angustā Scytalæ suæ circūuoluūt: nullūq̄ faciētes interuallū undiq̄ superficiē charta occupant: quo facto quæcunq̄ uoluerint in circūplicata Scytalæ charta describunt: Dēpto dehinc codicillo ad imperatorē absq̄ ligno scripta mittūt: q̄ cum his accepit alioquin lectitare nihil ualet: adeo litteris hīc idē dissipatis: ut nullum prorsus cōtactū habeāt. Cæterę sua sumpta Scytala codicillum sic p̄cisum circūplicat: adeo ut circūductiōe similē ī seriē cōstituta uerboꝝ cōtinuatio reperiat. Codicillus sicut & lignū Scytala uocat: ut a mēsurā mēsuratum dici plurimumq̄ solet. Lysander allata sibi ad elespontum Scytala p̄turbatus est: præcipue accusationes Pharnabari reformidās studium & accuratā adhibuit operam: ut in eius colloquium ueniret: quo mutuas controuersias solueret: cōuenientibus illis Lysander præcibus orabat: ut litteras ad magistratus daret perinde ac nullis uiolatus iniuriis: & nullas accusationes afferens & p̄fecto in creticū cretica utens uersutia Pharnabaz̄ uidebatur ignorare. Oīa enī sese factuz̄ esset recipiens ap̄te q̄dem p̄ Lysandri præcibus conscripsit epistolā. Aliā uero clāculuna cōscriptā ibidē habuit. In imprimēdis autē sigillis litteras alternans nihil aspectu differentes quas occulte scripserat Lysandro dedit. Itaq̄ lacedæmoniā pueniens & sic in prætorium de more p̄fectus Pharnabari litteras reddit Ephoris uehementissimā criminum suoꝝ partē amotā existimās. Pharnabarus enī magnæ Lacedæmoniis caritati erat: supra oēs regios profectos in spartanos prōptissima usus opera. Postea uero q̄ Ephori lectā epistolā Lysandro cōmonstrauerunt: plane intellexit nō solū Vlyxē uersutū esse. Tū admodū perturbatus abscessit. Paucis post diebus magistratus adiens oportere se dixit ad ammonis tēplum ascendere sacrificioꝝ gratia faciendoz̄ quæ ante bella deo uouerat. Sunt qui in somnis ammonē illi astitisse dicant: dū aphigeoꝝ oppidū obsideret in thracia. Quapropter perinde ac iubente deo obsidione omīssa aphigeis ut imolarent ammoni præcepit: & ut suscepto ī Aphricā itinere deū placaret sūmo nixus ē studio: plurimi hęc ex deo speciā fecisse autumabāt. Alioqn ephoros metuēs domesticū minime iugū ferēs & alieno parere īperio haud sane tolerēs

errare & aliquādiu lustrare terras appetebat: quēadmodū equus e liberis pascuis & pratis apertis ad p̄sape
 rursus & ad solitas reductus opas. Quā uero pegrinationis cām Ephorus scriptis mandauit paulopost ex
 plicabo. Vix aut ac difficulter efficiens ut ab Ephoris dimitteret enauigauit: in eius peregrinatiōe cōi cōsen
 su reges effecere: ut eiectis illius amicis res urpanā populis restituerēt. Ciuitates enim p̄sodalicia ab eo de
 tentā prorsus erāt: & grācia suā dominatiōi erat obnoxia. Quas inter res iteꝝ cōcitato tumultu: cū Athe
 nenses aduersus triginta ephila impetu factō uictores essent: reuersus extemplo Lyfander Lacedæmoniis
 p̄suasit: ut paucis intra ciuitates factiosis auxiliū mitterēt populosq; uastaret. Imprimis, xxx. tyrānis ad bel
 li subsidium cētum talenta mittunt impatoremq; Lyfandrū. Reges cū inuidia tum metu ne denuo Athe
 nas in potestātē reuocet: ut eoz alter exiret decreuere. Egressus igit est Pausanias uerbo q̄dem ut opem ty
 rannis cōtra populum afferret: re aut uera ut bello finem iponeret: ne p̄ amicos Lyfander Athenaz domi
 nationem uēdicaret: hoc itaq; facile p̄fecit. Nam cōciliatis iter se atheniēsis & seditiōe sedata: Lyfandro
 ambitionem eripuit. Paruo postmodū iteriecto tpe cum deciscerent atheniēses culpatus est Pausanias: qa
 cum p̄ paucorū dominationem p̄inde ac frenum populus antea reprimere: deinde relaxatus cōtumelio
 se superbeq; sauiet. At Lyfandro gloriam hois factum adiecit: q̄ nō ad alioꝝ gratiam non ad simulatam
 ostentationem: sed ad rei spartanā commoda seuerum agitaret imperium. Erat quidem audax alloquio
 & repugnantibus terribilior. Cum argui de agri finibus ambigerent: ac Lacedæmoniis iustiora sese dice
 re censerent: ense cōmostrato: qui huius iquit est dominus optime de agri finibus dixerit. Megarensis ho
 mo quodam in conuentu orationis confidentia in eum utebat. Cui Lyfander aduena inquit tua ciuitatis
 indiget oratio: boetios bilingues iterrogabat. Rectis ne an inclinatis per ipsorum agrum hastis incederet.
 Postq; icubentibus Corinthiis mœnia pratergrediens lāguidiores ad iuadendum cernit Lacedæmonios
 (interim lepus fossam trāsire uisus est) nō pudet uos ait eius generis hostes pertimescere: quoꝝ mœnibus
 per secordiam lepores indormiunt. Cum supremum uitæ diem rex Agis obiisset: Hagesilao fratre relicto
 simul & Leontychida filio eius credito Hagesilaii Lyfander amator ei suadebat ut regum occuparet uelut
 legitimus ad Herculis progenie ortus. Leontychidæ calūniā infigebat q; ex Alcibiade procreatus esset qui
 occultos cum Agidis uxore Tymeā cōgressus habuisset: quo tempore profugus Spartæ uersabatur. Agis
 ut ferunt rem diutius animo uertens ut quæ nequaꝝ ex se grauida foret Leontychidam per cōtemptum
 habebat: & reliquū tempus eū palam abdicabat. Postea uero q̄ morbo correptus ad Heream urbem dela
 tus est: urgente iam morte tum adoleſcētuli p̄cibus tum amicorū suasionibus exoratus in complurimum
 conspectu Leontychidam filiū suum declarauit: obsecratq; p̄sentibus ut ad lacedæmonios eaz regē te
 stimonium afferrent: uita excessit. Ii quidem leontychidæ testes affuerunt. At Hagesilao hmōi sane splen
 dido & lyfandri opibus freto Diopithes uir illustris detrimēto erat: huius generis oraculum in Hagesilai
 claudicationem adducēs. Magna licet iactes spartæ iam mente reuolue. Ne pedibus ualidam te reddat re
 gia cauda. Tempore te longo labor insuperatus habebit. In te letalis bellorum uertit unda Multis ad ora
 culum iclinatis & ad leontychidam uersis. Lyfander Diopithen haud recte oraculum itelligere dixit: nec
 siquis offensi pedis lacedæmoniis imperet deum idignari. Aut moleste ferre. Verumenim uero claudum
 imperiū fore: si spurii maleq; progeneri inter Heraclidas regum tenuerint. Hæc locutus ut qui potentissi
 mus esset in suam omnes iduxit sententiam: q̄ rex creatus Hagesilaus: tū statim Lyfander quo expeditio
 nem in Asiam susciperet incitabat: ingentē illi spem subiiciēs ut persicum uastaret imperium uir futurus
 amplissimus. Datis in Asiam ad familiares litteris iubebat: ut i bello aduersum barbaros ducē ab Lacedæ
 moniis deposcerent Hagesilaum: qui obtēperantes rogatuos Lacedæmonā mittunt oratores. At Lyfan
 dri opera non minus regia potestate bonum Hagesilao uideretur extitisse. Cæterum ambitiosorū ingenia
 cum alioquin ad principatus maligna non sint: nō paruū ex inuidia quā ad pares propter gloriam gerunt
 impedimētum ad res gerēdas habent. Nā quibus fociis & adiutoribus uti licet: eos æmulos & aduersarios
 in uirtute sibi faciunt Hagesilaus igitur inter triginta consiliarios Lyfandrum adduxit: ut eo amicorū uel
 p̄cipuo uel primo uteretur. Postq; autē in Asia constitutus mortales ad eum p̄ parua familiaritate rara
 faciebant colloquia. Lyfandrum autem amici cum pro multa illa pristina consuetudine colerent: suspecti
 uero pertimescerent: utriq; & ad fores cōmeabant & uadentem consēctabantur: quēadmodū histrionibus
 in tragœdiis frequenter obuēnit: ubi nuncii cuiusq; aut secundā personā gerens collaudatur & priores par
 tes agit. Qui at diadema gestat & sceptrū: per crebros etiam clamores nō auditur. Sic & consiliario tota im
 petri dignitas inerat: cum ipsi regi nomen potestatis inane relinqueretur. Hæc igitur tam in concina hono
 ris auiditas quo aliquo pacto demulcenda fuerat: & Lyfander usq; ad secundum potestatis gradū remittē
 dus uirum autē & beneficium & amicum oīno reicere & p̄ cōtemptum habere Hagesilao idignum erat
 primum quidem nullam ei rerum gerēdarum occasionē p̄buit. Postmodū si quibus operam ac studiū
 dantem Lyfandrum sentisceret: eos rebus omnibus infectis remittebat: & muneris q̄ uilissimi uotoꝝ cō
 potes. Sic eius potentiā tacite dissoluens & extinguens simul cūctorum sese impotem Lyfander intellexit:
 suumq; amicis studium obesse: ipse opē tribuere desiit ad seq; ne accederent neu colerent obsecrabat. Cū
 rege haberent colloquia & iis qui maiorē in p̄sentia cōmoditatem affere p̄ acceptis honoribus possent
 hæc cum audiuisent multi suis p̄ negociis moleste esse desistere. Cæterum non obsequia non honores
 ommittere: qn seu deambulet seu i gymnasiis uersaretur frequētes adire. Quæ res longe magis hagesilao
 q̄ antea mœrorem icutiebant: & ex honore stimulabat iuidia. Quapropter cum militibus multis p̄cipa
 tus & rerum gubernandarum officia tribueret. Lyfandrum diuidundis carnibus p̄fectum designauit
 Deide contumeliosius aspernatus ad ionas cōuersus: Ite inquit & meum carnis sectorē colite. Itaq; Lyfan

LYSANDRI

der cum Hagesilao sermones haberi oportere censuit. Fit igitur breuis laconico de more disputatio: Num Hagesilae bene nosti minores amicos reddere? At ille si uelint me maiores effici? Qui uero meas opes amplificauerint eos in partem uocare ius est. At forsan Hagesilae tibi magis dictum quam mihi perpetratum est. Te oro & externorum hominum gratia: qui coniectos in nos habent oculos: in eo me imperii tui ordine constituas: ubi minus quidem inuisum magis aut tibi commodum fore censeris: eam ob rem legatus ad Helespontum missus est: quod tamen Hagesilao succenseret: necessaria tamen agere non neglexit. Mithridatem perueniens uix strenuum exercitum ductatorem inimicum Pharnabari cum ad desciscendum iduxisset ad Hagesilaum perduxit. Ad nullum alium belli usum habitus pergrederetur tunc Spartam ignominiose nauigauit: istam in Hagesilaum fouens & uniuersam maiori quam antea odio persequens repperit. rebus ad permutationem & inuentionem comparatis ac instructis manum adiacere instituit: cunctatione sublata. Erat autem huiusmodi Heraclidarum genus quod in Peloponnesum reuocati se doriensibus immiscuerat: amblissimum & illustre spartae floruit, haud unicuique illorum regalis fastigii erat communicata successio. Duabus tantum e familiis reges deligebantur: quos Eurityontidas appellabant: & agidas. Ex reliquis nullus per generis nobilitatem plusquam alter in rebus urbanis habebat uirtutis: honores poterant omnibus erant propositi. Hoc cum Lysander esset ubi ad regem gestarum gloriam sublimior factus & potestatem & amicos per multos comparauit: indolebat cum ciuitatem sua opera late perpagatam cerneret regnantibus aliis gubernari: quos tamen nulla ex parte seipso perstantiores esse perpicere. Decreuit igitur regiam dignitatem duabus e familiis traducens Heraclidis omnibus communem reddere. Sunt qui dicunt non heraclidis sed spartatis ut non Herculis nepotibus sed iis quod per uirtutem censerent id premium proponere: quoniam extiterat Heacules: quem uirtus ad diuinos perduxit honores: quod si hunc in modum regni iudicium fieret spes erat iniecta nullus ante se delectum iri spartiatam. Primum igitur negotium aggressus per se ciuibus persuadere paratus erat orationem per materia meditatam: ei a Cleone halicarnaseo meditata ac conscriptam. Deinde rei tam nouae tamque inusitatae magnitudinem ante oculos proponens audaciori indigentem auxilio: omnem ut in tragodia dici solet in ciues machinam attollens Pyrichas sortes & uaticinia composuit: & adornauit: quasi nullum sibi fructum Cleonis allatura foret eloquentia: Nisi dei metu & superstitione prius obstupefactos ciues occupasset: & sic ad orationem adduxisset. Pythicum ut Ephorus inquit contaminare conatus oraculum: & dodoneas puellas Phereclis intercessione suam in sententiam alliciens reiectus est. Tum ad Ammonis templum conscendens colloquio cum uatibus gabito magram uim auri obtulisse tradit: quam indigne ferenters illi quosdam misere Spartam: qui Lysandrum accusarent. Eo absoluto libyos descendentes dixisse commemorant. Nos o spartani rectius faciemus iudicium: cum apud nos libyam habitaturi ueneritis. Vetus erat namque oraculum lacedaemonios libyae fore cultores. Vniuersas autem insidias sinistramque figmentum conscribamus: quod non a uilibus cepit exordium. Sed ut in designatione mathematica multas & ingentes assumpsit materias & ad conclusionem per promissas graues difficilesque pergressum in ea ratione uix historicum philosophumque sequimur. Mulier quaedam in Poro ex Apolline grauidam sese predicabat: cui (ut par erat) multi fides abrogabant: multiq; adhibebant. Cum ea puellum peperisset complures nobiles alendo studium & curam diligenter impertierunt puellum quaedam ex causa Sileno impositum est nomen. Hoc accepto Lysander initio reliqua suis texuit artibus: non paucis aut contemptis ad eam fabulam usus adiutoribus qui: per creationibus pueri rumorem sine ulla suspitione ad fidem ac uerisimilitudinem adducerent. Alium quoque ex Delphis sermonem allatum Spartam dissecerunt disseminaruntque uetustissimas quasdam sortes in arcanis scriptis ab sacerdotibus eruari: quas neque comprehendere neque legere cuique fas esset: nisi qui ex Apolline ortus aduenisset: longo post tempore quod obseruantibus indubitabile signum praestaret eas capefferet tabellas quibus inscriptae sortes erant. His ex composito comparati Silenus cum aduentasset: sortes ut apollinis filius petiit: sacerdotes qui rei operam conferebant: singula diligenter indagare & de origine accuratius sciscitari. Postremo fidem adhibentes Sileno uti apollinis filio scripta comostrasse. Eum praesentibus multis lectitasse: cum alia complura uaticinia: tum idipsum de regno cuius: gratia signum erat institutum: praestare ac fructuosius esse spartanis si ex optimatibus reges deligerent. Cum iam Silenus adoleuisset & ad rem gerendam accederet. Ecce Lysander ab actione fabulae corruit: minorum ignauia & unius pusillanimitate ac trepidatione complicis ut primum subeundum erat opus: nihil tamen uiuente Lysandro deperit: sed post eius mortem. Ante. n. quod Hagesilaus rediret ex asia functus est uita in boetium incidens bellum uel illud potius in Graeciam importans nam utroque diuulgat more & culpam nonnulli Lysandro quaedam thebanis attribuunt alii communi faciunt thebanis crimini dantes sacrorum dissipationem: in aulide quoque androclides: & amphiteus regia corrupti pecunia bello Graeciae lacedaemonios implicarunt. Unde factum in Phocenses impetu eorum agere populauerant. Lysander indignanter ferre dicit quod soli thebani ex bello decimam uedicarunt reliquis sociis tacite se ferentibus: & Spartam missas ab Lysandro pecunias iniquo animo tulerunt. Orta praesertim indignatio: quod Atheniensibus datum est ex. xxx. tyrannis libertatis initium quos cum Lysander constituisset: lacedaemonii terrore eis & potentiam addiderunt: factum decreto ut quisquis ex athenis fuga sese subduceret undique duceret in uicula: quod si quis obstaret duceri eum hostis loco haberi. Thebani contraria iis faciunt decreta: conuenientia sane atque germana rebus ab Hercule & Libero patre gestis: omnia tecta omnesque Boetiae urbes atheniensibus pro necessitate patentes esse. Siquis fugitiuo dum traheret auxilium non attulisset condonationis nomine talentum solueret. Siquis aduersus tyrannos per agere boetium athenas arma deferret Thebanos obaudire ac dissimulare: quibus in decretis adeo humanis uereque graecis facta scriptis responderunt: namque Trasibulus reliquique conspirationis socii Philan occupantes e Thebis primum fecerunt: impetum: thebanis arma pecunias latendique & incoandi facultatem parantibus. Has in thebanos causas Lysander accipiens (Iam enim morosus & attrabile per senectutem inualecente) iracundus Ephoros incitabat: & ad mittendum in eos praesidium persuadebat. Accepto igitur

tur imperio eduxit exercitum. Posteriori deinde tempore Pausaniam regē cum copiis emisit: qui circumducto per cythæronem exercitu agrum boetium irrupturus erat. Lysander per Phocenses cū magna militum manu uenit obuius: orchomeniorum oppidum ultro cedens accepit. Inde progressus Lebadian diripuit. Datis postmodū ad Pausaniam litteris ut secum illo ex Plateis ad aliarcum coniungeret: Ipse enim cum solis ortu ad aliarum mœnia stationē habiturus erat: litteræ ad thebanos referuntur: tabellario i quosdam speculatores incidente. Cum athenienses auxilium attulissent urbe illorum præsidio credita. Thebani cum prima quies mortalibus incipit egressi paulopost Lysandrum præueniunt Aliarcum cum parte copiarum ingressi. At ille exercitum sistens quodam in tumulto Pausaniam præstolare decreuit. Mox progrediente die moræ prorsus & quietis impatiens acceptis armis & sociis adhotatis recto cœsu phalāgem ducit ad muros. Thebani qui foris permanserant Leuorsum urbem habentes in nouissimos pergunt hostes sub fontem quem cissusam appellant indigenæ: ubi nutrices infantem in lucem editum abluisse Bacchum in fabulis traditur. Nam & color uini splendet aspectu translucidusque & potu dulcissimus est. Nec procul hinc cretenses pullulant syraces: quæ Aliarum ea Rhadamantum icoluisse loca faciunt iudicia: eiusque sepulchrum commonstrant: quod alea uocant: estat & alcmenæ monumentum: quam ibi humatā esse memorat. Post enim Amphitrionis interitum Rhadamanto nupserat. Thebani q̄ intra oppidum erāt structa cum aliarum acie quietem tantisper agebant. Vbi uero Lysandrum una cum primoribus incedētibz propinquantem aspiciunt: referatis de repete foribus irruūt: ipsumq̄ cum augure paucisq̄ aliis obrūt cant. Plurimi nāq̄ ad phalangem sese fuga recipiunt. Non remitentibus inde Thebanis quin urgentibus undiq̄ uniuersi in tumultos terga fugæ uertunt. Mille ex eis cecidere desiderati sunt & Thebanorum tercenti: qui cum hostibus ad aspera & munita loca permixti cōtenderant his dabatur crimini: q̄ laconicā fouerent factionem. Ab quo cū omni se studio dissoluere & ciuibz purgare concupiscerent: nulli parcētes districti inter insectandum mortem oppetere: Pausania e Plateis telpias cōmeati casus in itinere nunciatur: qui structa acie petit aliarcum. Venit & trasybulus e thebis Athenienses secum ducens. Consilium de repetendis per inducias mortuis agitante Pausania spartiatæ natu grandiores & inter se grauitè & indigne ferebant: & regem adeuntes testati sunt: minime per inducias interemptum esse Lysandrum. At per arma pro cadauere suscepto certamine ac uictoria comparata sic uigē sepulturæ mandandum: q̄ si superati fuerint: plchrum & honestum fuerit eo in loco suo cum imperatore pariter occumbere. Hæc oratibus senioribus Pausanias arduum opus esse cernens: uictores nuper superare thæbanos sub muros ēt lysandri corpus collapsum. adeo ut corporis recuperatio absq̄ idutiis uel uictori difficilis redderet: misso p̄cone & indutiis cōfectis reduxit exercitum. Qui lysandrum deferebat ut primū Boetiæ cōfinia p̄terire i amicorū sociorūq̄ agro panopeorū condiderunt: ubi ex Delphis Cherroniā euntibus secus uia monumentum est. Eo in loco cum exercitus statua haberet: quidam phocensis alteri qui prælio non interfuerat certamē exposuisse dicitur. Cum lysander armatum traiecisset. hostes impressionem fecere. Admiratus spartanus lysandro familiaris rogat quēnam armatus esse diceret. Id enim ignotum sibi nomē esse. Vbi primi nostrorum ab hoste cæsi sunt prope urbem fluētum est qd̄ armatum appellant id cum spartanus audisset abortis lachrymis q̄ inuitabile huiusmodi factum est dixit. Erat lysandro datum oraculum hunc se in modū habens armatum iubeo te deuitare sonantem. Terrigenam qui pone subit cum fraude dracona. Quidam armatum non prope aliarcum fluere asserunt: sed prope coroniam torrentem esse philarum fluuium penes oppidum inferē: quem cum ueteres Arimā ætatis nostræ hoies somatum nūcupant. Qui uero lysandrum interemit Aliarum erat Neochorus nomine insigne clipei draconem habuit: hoc ut assequi coniectura licet portendit oraculum bello quoq̄ pelopōnesia. o thebanis i æde Smenii sortem datam memoriæ proditur: Quæ simul & deliacam pugnam p̄diceret: & hanc ipsam aliarum anno trigesimo posteriori ea: huius generis fors est. Qui insidiare lupi catulis uitato supremam. Et collem orchalidē hunc uulpes nō deserit unq̄. Proximum Delio lucum supremā appellauit: ubi Boetia Atticæ cōfinis est. Orchalidē uero collem quem nunc uulpe cum uocant ad Heliconem in Aliarum partibus situs Cæterum hoc mortis genere absumpto lysandro spartiatæ adeo grauitè tulere: ut reum captis regem iudicauerit. Cuius rei iudicium minime subire decernēs: regiā fugiēs sese recepit. Vbi supplex in Mineruæ tēplo uitam duxit. Defuncto Lysandro ipsius detecta paupertas clariorē effecit principatū q̄ppe q̄ tātis ex pecuniis tāta ex potētiā tāta ex ciuitatū i gentisq̄ adeo imperii p̄curatione ne pusillum qdem in argēti rōne domū eius illustrarit: ut auctor est theopompus. Cui laudati magisq̄ carpenti fides uideat̄ adhibenda. Siquidem uituperare q̄ laudare iocundius posteriori tempore quemadmodum tradit ephorus cum lacedæmone disceptatio iter socios agitaret: & proinde inspiciūdæ forent litteræ q̄s apud se lysander habebat: eius domum p̄fectus Hagesilaus codicem inuenit: in quo illa de reipu. statu cōscripta erat oratio ut ab eurityontidarum & agidage manibus auulso regno: in mediū ponenda & optimatibus facienda delectio properans orationem a ciues efferebat: ut lysandrum ostenderet: cuius generis ciues occultaretur. At uir prudens lacratidas per id tempus Ephori princeps Hagesilaum nō oportere ait lysandrum effodere: sed oratione secum infodere: quæ tanta esset suadendi arte & astucia compilata. Reliquos tamē honores lysandro tametsi uita functo reddidere: & filiarū sponfos condemnarunt: qui eas post lysandri obitum cum inops esset inuentus repudiauerunt: illum. n. cum diuites extimassent coluerāt. Iustum uero & bonū uirum & pauperē cognoscētes deseruerant. Erat enim spartæ & celibi & tardiori marito & malo marito indicta pœna cui eos præsertim subigebant: qui pro bonis & propinquis locupletum affinitates quæritabant. Hæc quidem de lysandro hunc se in modum habentia sumus perscrutati.

SCYLLAE
 SCYLLAE VIRI ILLUSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM
 PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.



LVCIUS VERO CORNELIVS SCYLLA PATRITIA Procreatus est familia: ex cuius maioribus Ruffinus consularem gessit dignitatem. Huic tamen longe maiorem ex ignominia quam honore nobilitatem affuisse perhibet: & enim supra libras argenti concuivem possedisse: idque prohibente lege deprehensus e senatu eiectus est. Posteriores inde humiliter diutius in fortuna permanserunt. Ille etiam Scylla haud amplo sane in patrimonio educatus ab adolescentia penes alios habitans non grandem pro domicilio mercedem soluebat: sicut posteriori tempore cum indigne secundam adeptus fortunam putaret ei obiectum est. Gloriam siquidem & aethricam post victoriam militiamque magnificis utenti verbis quaedam ex honestiori ordine dixisse fertur quoniam modo uir bonus esse potes: qui cum nihil a patre tibi relictum sit: tot ac tanta possideas. Nam cum rectus ille ac nitidus uiuendi mos haud amplius permaneret: iamque deliciarum & luxuriosi apparatus aemulatione suscepta e maiore curriculo deflexisset: par tamen conuicium ponebatur & suorum facultates amittere & paternam minime paupertatem conseruare. Potitus postea rerum Scylla cum multos occideret & libertini generis homo quaedam ex praescriptis occultare diceret: & proinde e saxo precipitandus esset obicit Scyllae quae una simul in domo diutius uitam agitassent cum interim ipse quidem pro superiore habitaculo duo milia numum: ille autem pro inferiore tria milia mercedem efferret. Itaque inter utriusque fortunam mille numos interfuisse: qui drachmas atticas ducentas & quinquaginta ualebat. Haec quidem de antiqua Scyllae fortuna memoriae produntur. Eius autem corporis speciem aliam statuam ipsae declarant. Glaucos oculos cum uehementer acerbi ac saevi essent: color in facie terribiliores redderebat aspectu Robur. non sparsim inmixtus efflorebat: quam quidem ad rem & coloris nomen inditum fuisse dicunt. Quidam et ex dicacibus Scyllam Athenis mordens scylla inquit morum est farinis inspersum: huius generis de homine inditiis uti nequaquam absurdum est: quem adeo in exercendis salibus natura studiosum extitisse ferunt. Ut ab ineunte aetate plurima cum ignominia sodalitia cum mimis atque ridiculis petulanter habuerit. Postea uero quae in regno omnium dominatu constitutus est: e scena spectaculisque impudentissimos cogens interpretandum quotidianis dicacitatibus certabat. Quae cum ab eo grandiori aetate patrari, & Dominantis in super dignitati praebum ac dedecus afferre uiderent: complura negligenter omittebat: quae studio indigebant ac diligentia. Coenanti siquidem Scyllae nullus circa serua usus erat: Verum cum alio tempore impiger & eximia seueritate esset: ut primum in solacia & copotationes abiiceret uno impetu imitationem caperebat: & ut mimis & saltatoribus mansuetus ad omnem familiaritatem primum se obnoxiumque subiiceret: huius tam soluti moribus animi ad amores leuitatem & ad illecebras precipitium peperisse: a quibus ne prauectioribus quidem annis sese reuocauit. Metrobium saenicum a iuuenilibus annis magno amore complexus longius prouectus est: eo in dies secum florescente morbo. Nam cum initio publicam quaedam caeterum locupletem mulierem quam Nichopolin appellabant deperiret: a qua deinde consuetudine & formae gratia mirifice amatus erat: ab ea cum uita excederet haeres est relictus. Nouerca quoque haereditate sortitus est: quam illum proinde ac filium diligebat: quibus ex rebus iam mediocres ad eum opes prouenerat. Quaestor de Mario primum gerenti consulatum designatus cum eo ad bellum iugurthinum nauigauit in aethricam. Profectus igitur ad exercitum cum alias ad res spectatum se praebuit: cum uero bona usus occasione Bocho regem numidarum intima sibi deuinxit amicitia: ipsius namque legatos cum a numidis latronibus euasissent singulari comitate excipiens ornatos muneribus tutissimo etiam adiuncto comitatu remisit. Forte Bocho iugurtha gener & inuisus & formidolosus erat. Quo per id tempus profligato & ad se fugiente Scyllam acciuit. Ab illo enim quae se iugurtham & comprehendi & tradi malebat. Ea re Mario comunicata parua militum manu assumens magnam discrimen adiit. Namque homini barbaro & aduersus necessarios infidelissimo de altero capiendo fidem adhibens eius manibus sese commisit. Bocho tamen accepta ab utroque potestate cum de frangenda in altere fide in necessitate se constituisset: post multos mentis aestus prioris proditoris sententiam comprobauit & iugurtham Scyllae tradidit. Eo & negotio Marius quidem triumphum egit. Caeterum Scyllae tam praecleari facinoris gloriam Marii ascribebat inuidia: eique tacitum marmor importabat. Scyllam enim ipse natura iactabundus & ex humili ac ignota uita per ora ciuium tum primum uolitare incipiens gustata honoris dulcedine ad id honoris studium & auiditatem progressus est: ut in anulo insculptam eius rei gestae circumferret imaginem eoque continue usus est. Erat autem sculptura Bocho qui iugurtham traderet: Scylla qui susciperet. Haec Mario tristitia afferrebat: Scyllae autem minorem quam suam esse inuidiam existimans illo ad rem militare usus est plurimum siquidem consul secundum creatus Scyllam legatum habuit. Tertium uero consul militum tribunum: ipsius opera multa utilia edes facinora. Legatus enim tectosagorum ducem Copillum cepit tribunus militum Mersos populosissimam sane gentem ad romanam amicitiam societatemque perduxit Marium postea sibi infestum nec dum ullas rerum gerendarum occasiones libenter omittentem quin ad augendam fortunam incubentem sentiens Catulo marii collegae se dedit uiro quidem bono: uerum ad certandum haebetiori: ab quo maximas ad res atque primarias fide consecutus ad potentiam pariter & ad gloriam processit. is magnam incolentium alpes barbarorum partem debellauit. ingruente deinde commensus inopia Scylla curam suscipiens tantam affecit copiam: ut Catuli milites & maxima in abundantia agerent & insuper marianis exhiberent. Qua in re Marium uehementi dolore affectum fuisse dicitur. Haec igitur inimicitia breuem adeo iuuenilemque prius materiam exordiumque capeffens: mox per ciuilem cruorem inextinguibilesque seditiones decrasata ad tyrannidem usque ac rerum omnium confusionem progressa est. Quod Eurypidem sapientem hominem & ciuilium morborum peritissimum demonstrasse ferunt, quod honoris certamen & studium quasi numen aliquod utentibus pessimum atque perniciosissimum deuitandum esse

præcepit Scylla gloriã ex re bellica ad ciuilia negocia iam sibi satis esse existimãs cū militaria post facinora statim popularibus rebus sese tradidisset p̄tura urbanã petere cœpit quã: asseq̄ nō licuit. Cuius ipse rei cul-
 pam i turbas reiecit. At. n. cum suã in Bochũ amicitia agnosceret uenatiões splēdidas & aduectas ex aphri-
 ca bælluaḡ dimicationes expectare: si ante p̄tura ædilitatē adipisceret: populum alios p̄tores designasse: ut
 ædilitatē coactus exerceret. Cæterę Scylla uerã repulsæ cãm minime cōfiteri uidef. Quod & re ipa cōpro-
 bat. Anno. n. post tum colēda plæbe tum largitionibus aios adducēs populi p̄tura adeptus est. Eo igit̄ p̄tu-
 turam gerēte cum idignabundus Cæsari sua se in illũ ptate usurę esse dictaret: ridens Cæsar recte inq̄ tuũ
 putas esse magistratũ: quē tuis habes pecuniis cōparatum. Post eã p̄tura in Cappadociã cum exercitu mit-
 tit: spe q̄dem ut Ariobarzanē reduceret in rennũ: re at̄ uera ut Mithridatē reprimeret: q̄ non minore q̄ an-
 tea possidebat potētiã: ac regnũ cōplectebat. Nō magnas itaq̄ secum adducēs copias: Cæterę prompta so-
 ciorę usus opa multis in cappadoces plurimis in armenios auxilium ferētes editis stragibus. Gordiũ eiecit
 Ariobarzanē regem declarauit. Scyllæ ad Euphratē morã trahēti regis partorę Arsatis legatus Orobazus
 in colloquum uenit: cum nullum antea romani & parthi cōmertium habuissent. Hoc et̄ ingentis fortunæ
 Scyllæ factum uidef: q̄ parthi amicitia societateq̄ petētes ad illũ romanorę p̄cipē cōgressum habuerũt.
 Tres eo tpe selas p̄positas ferũt: unã Ariobarzani alterã Orobazo teritã scyllæ. Vnde amboę medius resi-
 dens ius diceret. Quã ob cãm postea rex parthorę necauit Orobazum. Scyllã nōnulli tanq̄ barbaros ludi-
 brio p̄ delicias habentem p̄bare: alii difficilem & intēpestiui honoris ambitiosum icrepare. Memoria p̄-
 ditum est uiḡ quēdam genere calcidēsem ex iis q̄ cum Orobazo descenderat scyllæ uultũ sæpius cōtēpla-
 tum & ad corporis atq̄ animi motus haud icuriose icubentem qn ad artis materiã hois ingeniũ attētius
 cōsiderantem dixisse: Neesse est hunc maximũ fieri uiḡ. Miror et̄ nunc inquit quomodo ne cunctorum
 primus sit tãdiu toleres. Redeundem inde scyllam Censorinus repetundarę postulauit: q̄ ex amicorę so-
 ciorumq̄ regno magnã cōtra legem pecuniæ uim cōpilasset. Nec tamen cōtra in iudicio stetit sed ab accu-
 satione destitit. Excandescebat interim mariana seditio nouam q̄dam ex cōgestis a Bocho honoribus na-
 ta materiam. Is ut populum ro. de linimētis coleret simul & Scyllæ gratiam aucupatus triũphales i capi-
 tolio posuit imagines: aureusq̄ inerat lugurtha ab eo scyllæ traditus. Ea re grauiter istigatus Marius cum
 statuas detrahare niteref: ac reliq̄ scyllæ subueniref icensã q̄tum antea nũq̄ amboę studiis ciuitate ecce so-
 ciale bellum dudum gliscens aduersus urbem exarsit. Quo per id tps est repressã seditio. In hoc maximo
 uariorę & plurima romanis mala grauissimãq̄ picula importante: Marius grande nihil ostentare uallens
 argumēto fuit uirtutem bellicã uigore pariter ac uiribus indigere. At Scylla cōplurima celeberrima edēs
 facinora imptoris gloriã reportauit magni q̄dem penes ciues: maximi aut̄ penes amicos scelicissimi uero
 penes hostem. Quibus in rebus illud Timothei Cononis filii Scylla nequaq̄ passus est. Nam cum inimici
 p̄clara ipsius facta fortunæ ascriberent: & in tabulis dormiente illo fortunam urbibus retia circumponen-
 tem pingerent. Ille agrestius irritari & fingentibus grauiter succensere: quasi rerum ab se gestarum glo-
 ria priuaref: Aliquãdo aut̄ ab expeditione re bene gelta remeans ad populum cōuersus. Viri Athenienses
 inquit huius rei bellicæ nullã sibi partem fortuna uendicat. Ipsam deinde fortunã aduersus ambiciosum
 adeo Timotheum iuuebiliter irritatam ferunt: ut nullum deinceps insigne facinus ab eo patratum fuisse
 cōstet: sed iniquis beligerantem prorsus auspiciis & populo semper aduersatum ex ipa demũ patria eiectũ
 p̄fugisse. Scylla uero nō modo eius generis scelicitatem ac fortunæ fauorem libenter admisit: uerum etiã
 in maius extollens & bona in se fortunæ diuinitus data magis ac magis allustrabat: siue per iactantiam id
 faceret: siue de diis ita sentiret: etenim suis in cōmentariis scriptura reliquit cum consultasset: quæ contra
 animi sui sententiã pro tēpore audacius aggredienda essent secundiora sibi euenisse. Rursus cū sese ad for-
 tunam q̄ ad bellum melius ab natura institutum esse dicit: plus fortunæ uidetur q̄ uirtuti tribuisse: & oio
 seipsum in fortunæ potestate fecisse. Quippe cum concordia quã cum Metello socero & eiusdem ordinis
 uiro habuit causam diuinæ cuidam fortunæ attribuit (magnæ eni sibi molestia futurę illustrem homi-
 nem: qui in cōicando principatu tantam benignitatem exercuit) Lucillum etiam in comentariis quos ad
 illum inscripsit cōmunefacit: nihil tam stabile ducere q̄ quod noctu sibi numē iperaret. Cum ad bellum
 sociale magnis cum copiis mitteref circa Lauernam uastum teræ hiatum extitisse scribit. e quo Lucidum
 emeruisse ignem: magnamque in cælo flammam perstitisse: consulti uates dixere cum uir bonus singula-
 ris aspectu ac præstantissimus p̄cipatũ: gesserit: præsentis tumultus se daturę. Hũc ipsum scylla fuisse edi-
 cit proprium quidem aspectum esse flauo colore comæ uirtuti se non esse dedecori: sibi testimonio esse
 tot ingentia facta: hæc quidem de diuinitate. Reliquis in moribus tanta in æqualitas: ut secum discrepare
 uideretur: Rapere multa largiri plura: honori dignos contumeliae colore quorę indigeret opera: ludibrio
 habere supplices: adeo ut nescias utrum contemptoris an assentatoris habuerit ingenium. Quid i punien-
 do? Quanta diuersitas? hinc iudicaueris. Nōnullis leuibis quidem ex causis tympanizandos curare Rur-
 sus maximas iniurias æquo ferre animo. Inexpiabiles ob causas conciliari per facile: minimis ex noxiis &
 abiectis cædes bonorũq̄ publicationes facere: scylla itaq̄ cum ingenita ferueret iracundia durum & ultio-
 nis audum se præbere: Vbi uero per rationem abiiceretur acerbitas ad utile ferri: Cum eius milites i hoc
 ipso bello sociali Albinum uirum prætorium legatum saxis & fustibus maclassent tantã iniuriam ipunẽ
 præterit. Gloriabũdus etiã diuulgabat se illis alacrioribus ad pugnas usurum: peccatum per fortitudinis
 opera emendaturis. Accusatoresq̄ nihil faciebat. Nam cum Marium delesse & sociali bello finem impo-
 sisse censeret. Ut aduersus Mithridatem imperator crearetur: exercitum delinimentis alliciebat. Profe-
 ctus in urbem consul cum Qu. Pompeio designatur & iam quinquagenarius erat: tunc & celebratissimũ

SCYLLAE

fecit cōnubium, Ceciliam Metelli ponti. max. filia in uxore accepta: q̄ in re cum plæbei multa decantarent multi primores idolebant: eum tali muliere censentes idignum quē cōsulatu dignū censeuerant ut Titus inq̄t Nō mō hāc duxit uxorem sed priorē Iliā: cum adhuc pubesceret q̄ & illi filiōlā enixa est: Post illā Eliā Tertiam Cæliā quā ut sterilē summo cū honore donis adiectis repudiavit. Paucis post diebus ducta Metella haud recte Cæliam improbasse uisus est. Metellā q̄dem assidue tantope coluit: ut cū populus de reducēdis marianis exulibus studeret: Scylla uero p̄negaret. Metella rogātibus illis opē attulerit. Scylla quoq; captis Athenis acerbius saeuisse creditus est: q̄a de muro salibus & cōuitiis Metellā fuissent isectari. Sed haec posterius. Tum ad futura parui cōsulatum existimās ad Mithridaticum bellū mēte & cogitatioē deflagrabat. Cōtra Marius ob gloriæ studiū & honoris insanīā affectiones minime senescētes isurgebat: Vir & corpore grauis & p̄ximis p̄ senium militiis iam defatigatus tam lōginquis & trāsmarinis inhiās bellis: Cūq; Scylla ad reliq̄ negocia iā p̄peraret ī castra: Marius domi p̄stans p̄niciosissimā illā seditionē fabricauit: tantis cām cladibus q̄tis Romanā ciuitatē uniuersi neq̄q; hostes afflixerāt: sicut & diuinis p̄monstratum est signis. Hastæ q̄bus uexilla gestant p̄ se ignem emiserunt: q̄ ægre restinctus est. Tres corui pullos in uia p̄ductos deuorauerunt: eorūq; reliq̄as itra nidum rettulerunt. Mures suspesum in tēplo auḡ corroserāt: e q̄bus æditui q̄dam casse foeminā ceperūt. Ea ibidem q̄nq; enixa musculos tres absumpsit. Quod at maximum fuit ex aere sereno & oī p̄fus carēti nebula tubæ sonus icrepuit: acutas & lugubres itendens uoces: adeo ut cūcti p̄æ magnitudine timoris uecordes cōprimerent: Tusci uates alterius generis p̄mutationē & trāsfere dū ordinē portēdi cōmostrabāt. Octo. n. cuncta esse genera moribus & uitæ istitutis iuicem differētia: Vnicuiq; t̄pis deffinitum esse numeꝝ ab deo anni magni ambitu p̄fectum: qui cum finē habuerit: istate iam altero admirādum e terra uel cælo moueri signum: adeo ut curiosis ear̄ rexperitis e uestigio declarē: ut hoies aliis moribus & uitæ rōnibus usuri in lucem iam p̄ducti sunt: qui diis aut maiori aut minori q̄ superiores curæ sunt. Cætera in ipsa genē p̄mutationē magnas inodationes capeffere: diuinationēq; magnis iterdum honoribus excrescere: & ipsis nuncupationibus assequi: cum plura & manifesta signa ab deo ipso p̄mittant. In altero rursus genere humilem statum esse rudemq; ut plurimū: & q̄ p̄ incerta & obscura q̄dam instrumenta res futuras attingat. Hæc q̄dem ab Tuscis qui rōne ac sapientia reliquis anteibāt discebant. Sedente senatu in templo Bellonæ & sup̄ hisce rebus opam uatibus dante: passet isectantibus cūctis iuolauit ore cicadam gerens: cuius eiectam partem reliquit: partē ēt tenens abcessit. Hinc augures seditionem & agrestium aduersus urbanā & forensem turbam dimicationem coniectabāt. hanc enim sicut cicadam uocalem canoramq; eē rusticam uero ex aruis: Marius itaq; tribunum plæbis Sulpicium assumit hominem nulli flagitiosissimo secundum: Ne regras quonam mō altero improbrior fuerit eum seipso sceleratior fieret. Crudelissimus & nimia icitatus audacia pariter & auaritia: quo turpitudine & mala cuncta uocarent: nihil pensi nihil cogitatiois accipere: Romanā remp. libertis & inqlinis ī p̄patulo uenūdare: p̄cia positis in foro mensis dinumerare. Tria hominum milia gladios tenentium nutrire: equitum iuniorum manum ad omnia promptissimor̄ ad corporis sui custodiam habere. Hos antesenatum appellabāt. Is lege p̄mulgata neq; ordinis senatorii ultra duo milia drachmar̄ æs alienum cōflare posset: cum uita excessit tercentas miriadas debiti noie reliquit. Hic a Mario dimissus in plæbem cum omnia ui & ferro institutisset: cū alas leges flagitiosas scripsisset: Tum illam q̄ bello aduersus Mithridatē gerēdo ip̄ratorem Mariū p̄ficiebat. Quare idic̄to ab cōsulibus iudicio cōcionem habentibus illis ī æde Castoris. Sulpitius turbā iserēs & aliorum cōpluriū stragem edidit & Pōpetii cōsulis filium adolescentulum medio ī foro confodit: ipse uero Pompeius fugam capescens sese abdidit. Scylla in marii domum pertractus iustitium soluere coactus est. Pompeio deinde p̄tore creato: Sulpitius cōsulatum quidem Scyllæ minime abstulit. Cæterum exercitum in mithridatē destinatum mario attribuit: itaq; tribunos Nolā cōfestim emittit: qui acceptum exercitū deducant ad mariū p̄ueniens autē Scylla (is enim sese fuga subduxerat) militibus acta renūciat. Quod ut acceperē uenientes tribunos iactis lapidibus obruerunt. marius iter urbem Scyllæ amicos iteficit: bona diripit fugas inde cerneret ac transmigrations ex urbe in castra: ex castris in urbē. Senatus non suis sed marii atq; sulpitii trahebatur edictis. Audiens scyllam ad urbem aduentare duos p̄teros Brucū & suiliū misit: qui scyllam reuocarent: quibus asperiora scyllæ facientibus uerba milites ad eos maclandos incitati & effractis fascibus paludamētis exuerunt: & multas per contumelias uexatos remiserūt. Hinc mæror ingens aderat: cum p̄toreis spoliatis insignibus cernerentur intolerandā iam immedicabilem discordiam renunciantes. Marius igitur apparatus agebat scylla uero sex plenos ducens ordines ab Nolā cum collega castra mouebat: qui cum milites ad inuadendam urbem uideret impigros & ardētes: anceps erat: & secum formidans pericula uersabat. Augur postumius post sacrificia signis itellectis in Scyllam manum utramq; tendens: Colligari me iube inquit & ad confectum usq; p̄ælium diligentius asseruari: Nisi enim omnia tibi & mature & prospere perfecta obuenerint etiam extremum subire supplicium non recuso: Fēruit & dormienti Scyllæ uisam esse deam quam Romani eximia ueneratione collunt accepta ex cappadocibus disciplina. sine Luna sic siue minerua siue Bellona: hanc sibi astitisse Scylla æstimauit & posito in manibus fulmine nominatim ut suos feriret inimicos imperasse: eosque percussos collabi atque deleri. Eo ex insomnio spe plenus cunctis collegæ eius expositis. Romam ductabat exercitum. Intereundum circa oppidū Triripa legati fiunt obuiam suppliciter orantes: ne impetu irumpat urbē. Iusta enim omnia mox illi decreto senatus ad futura. Quapropter ut Scylla castra locaret cōuenit: locūq; metiri duces exercitus pro more iussit. Cui adhibita fide discessere legati: illis abeūtibus statū. L. Basillum & C. micinium submisit: qui portā occuparent: montēq; simul exquilinum. Ipse deinde omni studio iter adiungebat: Basillo

per captam irrupente portā populus inermis iniectis de mœnibus saxis & tegulis cui sum continuit: & ad muros repressit. Quod Scylla cōspicatus (tam enim aduentarat) Ipse primus facē tenēs ardētem uia inibat Tum sagittariis ut in supiora tecta pyrobolos nullius habita rōne iacerēt edixit: affectus ira & oibus in rebus furori fere regēdum cōmitens: q̄ dum hostes tantū aspectat nō amicos nō cōsanguineos nō familiares ulla in mētionē aut miseratiōe ponēs p̄ incendia discurrebat: fontem isontem ut neminē iternoscens. Inter hæc pulsus ad Telluris ædē Marius p̄ p̄conem seruos sollicitabat ad pileum: Aduētante deide supatus hoste cōcessit ex urbe. Scylla coacto senatu Marium & paucos alios in q̄bus & tribunū plæbis Sulpitiū reum mortis decernit. Cæteræ sulpitius seruo p̄dente cæsus est: quē scylla prius libertate donatum p̄cipitauit ex saxo. Pro Mario at̄ gradem p̄conio pollicitus est pecuniā i grate sane & ciuili neq̄q̄ de more. Quippe q̄ pauloante in Marii p̄tate domi siue cum dedisset se: tutus dimissus erat: q̄ si a Mario Scyllā ab sulpicio necari p̄missum eēt: ip̄i regē oīum potiri licuerit. Ei tamē ueniā ip̄artiuit paucis post diebus eadē occasione p̄stita eadē neq̄q̄ affecurus est clāmentia. Quibus ex rebus scylla senatum magno dolore clā afficiebat. Populi aut̄ maliuolentia & odium opibus minime obscuræ obiciebat. Qui Nouium eius nepotē & seruiū cū magistratus Scyllæ fauor p̄terēt repulsos ac sigillatos habuit: aliis subīde creatis. Quorū honores p̄cipue scyllæ indignationi fore rati sunt. Quibus ille magnā simulabat læticia: q̄ is populo libertatis fructus esset: cū quæ uellet libere faceret populare eēt odium colere. Adortus ex aduersa factiōe cōsulem cōstituit. L. Cimiā exercitationibus ac iureiurādo p̄occupans: Suis eum rebus studio ac beniuolentia cōsulturæ. Is capitolium ascendens lapidemq̄ manu tenens iuratus est sibi deinde p̄sente multitudie imprecatus est: nisi amorem in illum beniuolentiāq̄ seruasset nō secus ax urbe extrudi ac lapis e manu: & lapidem abiecit humum. Inuito cōsulatu cōfestim Scyllæ decreta rescindere aggressus scyllæ accusatiōe istruxit. Tribuno eēt plæbis Virgino diem dixit. Eum scylla cum sedibus iudiciariis omittens aduersus mithridatē traiecit. Diebus q̄bus ex italia scylla mouebat exercitum: cum alia cōplura mithridati circa Pergamū missa diuinitus signa tradunt: tum uero coronatū uictoriæ simulachrū: q̄ p̄gameni q̄busdam supne machinis in eū demittebant cum fere caput attingeret effractū. Coronāq̄ multa p̄strueta humū p̄ theatrū eē collapsam. Quæ res uulgo q̄dem terrorē. Mithridati aut̄ nō pagæ mœroris incussit: tæctit p̄ id t̄ps res supra spem illi succederēt ip̄e enim intercepta romanis Asia regibusq̄. Bithinia & Cappadocia expulsis Pergami cōsiderat: amicis opes potentatus ac regna dispertiens. filius eius mithridates antiquum principatum in Ponto ac Bosphoro supra meotim obstantibus nullis obtinebat. Alter Ariarathes Thraciā & macedoniā magno subegerat exercitu. Alia loca duces magnas habentes copias in potestatem redigebant. Ex q̄bus maximus Archelaus uniuerso mari nauibus imperitabat: Cycladas insulas inseruitutem trahebat. Reliquas omnes quæ intra mæleam sitæ sunt simul & Euboia ipsam subiugarat. Inde cōcitatus ab Athenis usq̄ Thessaliam oēs ab græcis gētes ad defectionē sollicitauit: circa Cheroniā paulum q̄ddam nactus obstaculi hic nāq̄ Brutius surra sentii macedoniæ p̄toris legatus sese tulit aduersum: Vir & fortitudine & sapientia singulari. Ille Archelao torrentis instar per Boetiā ruenti uehementius occurrēns tribus apud Cheroniā præliis decertās eum repulit & ad mare denuo repressit. L. deinde Lucullo imperate ut aduentanti scyllæ cederet: & decretum illi bellum p̄mitteret: statim ad sentium relicta Boetia copias reduxit: q̄q̄ res illi super uota secundæ fluerent: & græcia propter hominis bonitatem ac modestiam familiaris sese ad p̄mutationem haberet. Hæc q̄dē res a Brutio præclarissime gestæ sunt. Reliquæ ciuitates missis legatis scyllam uocabāt. Athenis aut̄ quæ Aristionis dominationem pati cogebantur collecto robore incubuit: eisq̄ capto Pyrao obsidionem circūposuit: omnibus instans modis & uaria committens prælia. Quod si tempus non magnum tolerare instiuisset: nullo cum discrimine superiorem capere urbem dabatur: cum fame ac necessariorum inopia ad extremum iam perducta diem esset. Verumenimvero cum rerum nouarum metu Romā festiaret: multis cum periculis multis cum pugnis i gentibus impensis omni studio bellum illud urgebat. Cui præter reliquum apparatus machinamentorum decem mulinorum iugorum milibus quotidiana impendebatur opera: ut uero deficere materia cœpit (Nam alia excindi opera alia suis effringi ponderibus & assiduis hostium iactibus incendi) sacros aggressus est lucos: ipsum etiam secuit Lycaum & Academiam: cuius super omnia suburbana densissimum erat arbustum. Cum ad usus belli pecuniæ urgeret inopia ad mouēda Græcia sese cōuertit scylla quæ i donariis ornatissima & præciosissima fuerant tum ab Epidaurō tum ab Olympiā ad se deferri iussit. Delphos etiam ad Amphitrones litteras dedit: ut ipsas dei pecunias ad se portari p̄starent. Aut enim tutius seruaturum aut si necessarios ad usus cōsumplisset: non pauciores sane restituituræ: & Caphin phocensem ex familiaribus unum misit. Cui ut singula pondere susciperet mādāta dedit Tum Caphis Delphos profectus aliquid sacrōrum tangere ueritus coram Amphitronibus necessitatem multis testatus est lachrymis: asserentibusq̄ nonnullis sese citharæ sonitum intra sacram ædē audisse: Caphis seu dictis fidē adhiberet: seu scyllæ religionem uellet incutere ad eum renunciauit audita. Cui p̄ facecias scylla rescribens miror inquit Caphi si non quidem indignātis cæterum exultātis iudicium tantū esse intelligas. Quo circa perinde ac deo summa cum hilaritate pecunias tribuente: tu quoq̄ confidentius accipe. Cætera quidē clam græcis emissa sunt. Dolium uero quod unum egregiis mueribus reliquum erat: cum & pōdere & magnitudine tollere iumenta neq̄rent: Amphitriōes coacti cōciderūt: Qua in re tū Flaminium tum mālium Accilium tum Paulum Aemiliū memoria repetierunt. Quorū hic eiecto e græcia Antiocho: illi debellatis macedoniæ regibus non modo a græcorum templis sibi temperauerant: uerum etiam dona illis honorem & ornāmēta cōplura adiecerunt. At enim illi modestissimorū hominū qui tacitas magistratibus manus præbere dedicerāt: duces legitimi animo quidem reges sumptibus autē tenues

SCYLLAE

ac perparci mediocribus ac taxatis utebantur impensis: cum iterum militem per assentationem sibi conciliare quod hostem reformidare deformis ducerent. Cuius uero repestatis impatores uolentia magisque uirtute fastigium uendicantes & in mutuam perniciem armis indigentes factiose ipsos et hostes in expeditionibus cogebant allicere. Deinde ut comilitonum opas emerent, grandes ad illos uoluptates ac libidines consumerent opes: uenalem sese patriam facere non intelligebant: & ut in meliorem dominationem exercerent flagitiosissimorum seruitio sese obnoxios reddere. Haec Marium eiecerunt: haec eum rursus aduersus Scyllam reducerunt: haec Cinnanos in Octauio haec fimbrianos in Flacci necem suscitauerunt. Scylla non minima dedit initia ad eos & corrupendos & concitandos: qui sub aliis essent impio: cum suis sumptuosas largitiones suppeditaret. Unde cum caeteros ad perditionem suos certe ad perualitatem corruptione incitaret grati semper illi pecunia opus erat: ad tantam praesertim obsidionem ad capiendas enim Athenas grauis quaedam & inexorabilis cupiditas hominem habebat: seu uetusta urbis gloria incensus illud umbratile bellum suscepisset: seu furiosius conuitia morsusque ferret. Quibus eum atque metellam passim de muris irridens & insultans tyrannus Aristion irritabat: homo & flagitio pariter ac crudelitate compositum habens animum: Is quicquid mithridaticis ex morbis atque uitis effluerat in seipsum exceperat: & ciuitatem quam infinita bella compluresque tyrannidas intestinasque discordias sicuti mortiferam agrotationem euaserat ad extremum tempus adduxerat. Tritici medininus mille drachmis in urbe ueniebat. Reliquis mortalibus nascetia circum arcem gramina pascentibus coctosque calceos & uasa comanducantibus ipse iugiter diurnis in potibus per lasciuiam petulantissime saltans ridiculos in hostem factos a se uersus usurpabat. Cum sacra dea lucernam per inopiam olei extinctam audisset nihil fecit. Sacerdoti quem dimidium frumenti sextarium petierat piperis misit lenatoriae dignitatis uiros ac sacerdotes suppliciter orantes ut misericordia ciuitatis motus pacem cum Scylla foedusque faceret: iniectis sagittis dissipatos summouit. Tandem suis ex compotibus duos aut tres qui de pace agerent aegre misit: qui cum nihil salutare postulantes: Theseum Eumolpum & res aduersum medos gestas inani quadam obstinatione predicarent: Abite o beati homines inquit Scylla: & istas uobiscum orationes recipite: haud enim capescenda studiosus disciplinae ab Ro. Po. Athenas missus sum. Caeterum ut rebelles euertam. Interea seniores quidam cum in ceramico uerba iter se facerent: inuehi coeperunt in tyrannum quem muri custodiam circa eptacalum (Is intra urbem locus est) negligenter faceret: qua impetu facto facilis hosti pateret ascensus. Is exceptus sermo deinde renunciauit ad Scyllam. Quod nequaquam aspernatus noctu locum captum facilem speculatus rem ipsam aggressus. Ipse Scylla in commentariis suis refert. M. Teium qui prior in murum euaserat: cum occurrenti hosti uiolentius galeae ictum inflixisset: gladium infregisse: haud tamen cessasse locum: sed perstantem tenuisse. Ea igitur ex parte athenienses natu grandiores urbem captam fuisse commemorabant. Ipse uero Scylla inter pyriticam & sacram portam muro effoso & aequato solo nocte rupit media terrore maximo. Cum tubae cornuque streperet & copiae quae ad caedem ad rapinam imittebat per angustias portus militari clamore strictis gladiis ferrentur innumerabiles obrutati. Cruoris unda & magnitudo ipsa etiam nunc locis definitur. Nam praeter urbis reliqua cadauera occisorum circa forum numerus uniuerso intra diphilum ceramico continebatur. Tradunt & multi suburbium per portas inundasse. Cum huc in modum tot interfecti sint: non pauciores exitere qui patriam iam extinguendae misericordia & desiderio sibi necem consciuerint. Hoc enim, optimates pertimuisse ac salutem desperasse fecit quod nullam in Scylla clamentiam moderationemque crederent. Caeterum midias & Calliphon exules praecantes ac genibus obuoluti & lenatores comilitones eius ne ciuitatem deleret petiere. At quos ille collaudatis Atheniensibus praescis ultione iam expletus ac saturatus Donare se inquit multos paucis uiuosque defunctis. Scylla Athenarum urbe potitus est ut ipse in commentariis scriptum reliquit calendis martiis: qui dies ad anthesterionis mensis exordium maxime concidit: in quo multa ad imitationis illius ac diluuii memoriam perniciosamque stragem forte patrantur. Urbe capta tyrannus in arcem confugiens obsidione cingebatur. Eius operis cura Curioni demandata post longi temporis tolerantiam premente siti in deditioem uenit: & statim signa diuinitus affuere qua enim die atque hora illum Curio deducebat: tot ex sereno nubila concursarunt: tanta uis erupit imbrium ut Arax inundaret. Nec diu post Pyreus in Scyllae potestatem uenit. Cuius pars maxima incendio uastata ubi & Philonis armamentarium opus singulari admiratione prosequendum. Interea Thasiles mithridatis praefectus ex Thracia & macedonia centum milibus peditum equitum decem & falcatis curribus nonaginta descendens Archelaum adhuc circa munichiam stantem in ancoris arcessit: neque mari decedere uolentem neque ad conferendam cum romanis manum acrem strenuum uel: sed ad conterendum belli tempus: & commeatus eis intercipiendos. Quae Scylla longe melius illo conspiciat: e locis sterilibus qui uel pace uix alere possint exercitum in Boetiam castra mouit: per eius rei consilium compluribus errare uisus est: quoniam relicto Atheniensi agro aspero quidem & equis in uio in planos sese campos & patentes Boetiae locos iniecit: cum equitibus & curribus cerneret robur consistere barbaricum: uerum famem ut dictum est inopiamque deuitans martis discrimina sectari coactus erat. Rursus ei terrorem Hortensius importabat: homo imperatoris instructus artibus & certandi percupidus: quem ad Scyllam ex Thessalia copias adducentem inter angustias barbari insidiantes seruabant. Ea propter in Boetiam Scylla mouerat. At Caphis nostris fauens partibus deceptis per alios tramites barbaris sub Tithora per Parnasum deduxit Hortensium. Erat autem haud tantae quantae hac tempestate amplitudinis ciuitas: sed excisum in praecipiti rupe castellum: quo phocenses cum irrupentem Xerxem fugerent: aedificato ibi loco salutem sibi conperarunt: hic castris positus Hortensius die quidem reiecit hostem: Noctu uero ad Patronidem per aspera descendens loca occurrenti cum exercitu Scyllae sese coniunxit. Comixti collem quendam qui e capis eleaticis medius eminent occupant: solum sane fertile ac rerum ubertate commodum: in cuius radice aquarum

abundantia erat. Hunc philoboetum appellant. Eius naturam scylla mirifice situmque collaudat. Castrametatum paruos hostibus uisus est numerus. Equites, n. mille & quingenti haud plures erant: pedites quoddecim milibus pauciores. Quocirca reliqui duces Archelaum uel inuitum induxerunt: ut acie structa copiae descenderent: cernere erat campum equis curribus clypeis scutisque refertum: uoces ac strepitus ipse minime capiebat aer. Cum tot pariter gentes instructae constaret: tam sumptuosi praeterea apparatus ac spiritus iactantia pleni: elataeque ceruices frustra non erant: nec ad stupefaciendum inutiles: arma quoque radiantia auro & argento decora & medicarum scythicarumque uestium colores lucentissimo aere ferroque permixti dum agitarentur instar ignis terribilem incutiebant aspectum. Eas ob res intra uallum Romani sese comprimabant: ita ut scylla nulla eis ratione paruum posset adimere. Violentius itaque refugere nec ullo pacto quietem agere: grauius uero ferre & conuictis scyllam insectari quam barbaros aspernens ridensque spectaret. Haec tamen ipsa res maxime omnium scyllae profuit. Etenim Romanos contemnentes aduersarii confusos admodum uertere ordines: cum alioquin ob praefectorum multitudinem nequaquam ducibus audirent. Nam cum pauci toleranter in castris se tenerent: maxima turba direptionibus & rapinis inescata complurium dierum uiam longe a castris palantes uagabantur. Tum panopaeorum oppidum excidisse dicunt: & lebaeogae urbe direpta oraculum depeculatos fuisse: nullo interim imperante duce. Scylla cum in eius oculis tot urbes delerentur maerore anxius & indignabundus nullo interim ocio militem languescere patiebatur. At nunc ex alueo Cephisum cogebat auertere. Nunc nulli concessa quiete ingentes cauere fossas, quod si quem cedere animaduerteret: inexorabilis castigatorem instabat: ut labore ad tanta defatigati opera animo belli discrimina libentius amplexerentur: quod & obuenit. Cum, n. tertio post die laborantibus illis Scylla praeteriret sese ut in hostes ducerentur magno clamore praecabantur. Quibus ille haud istud praefecto pugnare uolentium sed laborare nolentium praesidium est. Sin uera certandi cupiditas inest illuc uenite dixit armati. Comprobatque ubi superiori tempore finitimorum fluuio arx inerat Tunc autem urbe deleta praeruptus ac saxus restabat tumulus ab edyllo monte desinectus: quantum flumen Assus continet: qui sub radicem montis Cephiso commixtus: simulque uiolentior factus munitiore castris reddit tumulum: quo cum ferreis insignem clypeis hostem festinantem Scylla conspiceret: locum captaturus praeruenire contendebat. Itaque prompta militum usus opera potitus est monte. Inde retrusus Archelaus aduersus Cheroniam fecit impetum. Cheronenses qui cum Scylla militabant eum suppliciter orabant: nec conseruandae ciuitatis curam abiiciat. Gabinum igitur trib. mil. cum cohorte statim mittit Cheronensibus omissis: qui tamen cuperet: Gabinum tamen celeritate seconsequi nequiere. Adeo bonus & Cheronensibus ad eorum salutem animosior atque strenuor extitit loba non Gabinum sed Hirtium missum fuisse dicit. Nostra itaque ciuitas eo deducta periculorum euasit incolumis. Ab Lebaide & Trophonio sortes uictoriam portendentes & secunda Romanis mittebantur oracula: de quibus per incolas plurimus sermo manat. Ut autem ab Scylla undecimo commetariorum scriptum est: Quintus Igitius qui inter eos qui per Graeciam negotiarentur non ignobilis post partem in Cheronia uictoriam ad eum profectus renunciat secundam & pugnam & uictoriam ab Triphonio eodem in loco non diu post significari. Post hunc quidam in ordine militum Saluenius nomine ab deo praedictum esse rettulit. Qualem italicis talem ex illis rebus allatum iri exitum. utrinque de dei omnibus haec ipsa praedicabant, se enim eadem quae Ioui olympio uenustatem & magnitudinem uidisse commemorabant. Ut uero scylla traiecit Assum sub Aedilium profectus uicina Archelao castra posuit. Qui per id tempus inter Acontium & Aedilium penes asios (sic enim appellant) munitissimum iecerat uallum: locus in quo tentoria fixit in hunc usque diem Archelaus ab illo nominatur scylla diem unum intermittens Murenam uno cum ordine ac duabus cohortibus reliquit: qui confusum turbaret hostem. Is in Cephisi ripis immolauit: quo facto in Cheroniam pergit: ut acceptis inde copiis Thurium ab hostibus captum inspiceret. Est autem cacumen asperum multis frequens anfractibus quod uocamus Orthopagium: sub flumine Apollinis Morii Thuriique templum est. Id deo ab Cheronis matre Thuria indictum est cognomentum. Cheronem autem Cheroniae habitatores indixisse reges scriptores prodiderunt. Nonnulli asserunt bouem quam Pythius Cadino ducem exhibuit eo in loco primum comparuisse: & ab ea locum appellatum. Thur siquidem phoenices uaccam nuncupant. Aduentanti Cheroniam scyllae tribuni militum urbis praefectus praesidio instructos armis ducem milites obuiam prodit auream gestans coronam: susceptis & appellatis benigne militibus cum ad ingrediendum periculum adhortaretur: duo Cheronenses ei superueniunt homines: Qui accepta parua militum manu Thuri praesidium obtruncaturos polliceantur. Occultam enim barbaris esse semitam: Quae ab Petorcho penes museum supra uerticem ducat ad Thurium: qua commeantes facto in eos impetu facile tactis superne saxi aut explosuros in plana. Gabino de hominum fide ac fortitudine testem se praebentem scylla rem aggrediendam imperauit. Tum acies instruit & dispartitis in utrumque cornu equitibus sibi quidem dextrum murenae uero sinistrum attribuit. Galba & Hortensius legati instructas habentes cohortes postremi succedebant: ne circumductio ab hoste fieret obseruantes. Hostes enim complurimis equitibus & leuis armaturae uelutibus cornu & in flexum & agile apparare spectabantur: ut cum longius reduxissent Romanos circumdarent. Interea Cheronenses cum accepto a scylla Erycio duce clam Thurium circuissent seque deinde obstentassent: ingens tumultus & barbarorum fuga fit tum plurima caedes inuicem. Nec enim permansere: ueque per prona delati propriis incumbabant iaculis seque mutuo pellentes in praecipitia dabant hostes e superioribus instabant: & nuda cuncta faciebant: hoc pacto ad thuriu tria milia cecidere: ex fugientibus partem murena instructis suis excipiens truncat ac delet. Reliqui intra suorum castra compulsi phalangae fusim irruentes pauore latae ac turbatione cunctare plebant: quodque non minimum stragis importauit ducibus moram intulerunt, mox enim scylla copias turbatis iuehens interuallumque celeritate corripens

SCYLLAE

omnem falcatis curribus uim intercepti: & momentū cui maxime currendi lōgītudo robur imittit: & ex agitatione uehementem p̄bet impetum: Spatii uero breuioris ictus imbecilles sunt: & obtusi sicuti tela tenorem ac uim nō accipiunt. Quod eo tēpore barbaris obtigit: priores nāq; currus lentius agitati & debilitate inuecti ab romanis plausibus retrudebant & risu: quale spectaculū cursus equorū p̄bere solet. Hinc robur pedestre irrumpat in uicē: barbaris quidē longas sarissas p̄tendentibus & clypeorū serie phalangē istructam seruare conantibus: Romanis autē cum pila deiecissent gladios nudatibus & ut cōfestim q̄tum ira cōcitabat manū cōfererent sarissas repellētibus. Nā seruorū milia quādecim structa cernebant in fronte. Quos regis p̄fecti uno p̄conio uocatos ad pileum iter militares ordines locarant. Tūc Romanū quēdā Centurionem dixisse ferunt seruis dūtaxat ad saturnalia licentiā ipartitam esse: scio hos ipsos densitate ac frequentia tarde repullos: & p̄ter ingeniū manere ausos. Romani sagittis & glandibus inumeris terga uertere & acē turbare cogunt. Archelao dextrū cornu ut circūdaret, referente. Hortēsius ex transuerso inuolans cursu delatas imisit cohortes. At illo cōfestim duo ex suis equitū milia conuertente ab multitudine repressus Hortēsius se ad montana subtrahebat ab legione sensim abruptus: & ab hoste circuncinctus. id ubi Scylla rescit nondū Marte cōserto ab dextro cornu subsidiū allaturus insequitur. Archelaus hostis aduentū ex pulueris nube suspicatus. Hortēsius libenter omisso in dextrū cornu flexit iter, unde Scylla fecerat impetū. Illud enim ab ip̄eratore desertū facile sese captūq; i spem uenerat. Similis & auersus Murenā Taxilles ferreis munitū scutis peditatū induxit. Quocirca uocibus bifariā illatis & tumulis clamorē referentibus anceps scylla substitit utra in parte præsens potius adesset. Suam tandem aciem recipiens Murenæ subsidio quattuor cum cohortibus misit Hortēsiū. Ipse uero quinta subsequi iussū ad cornu dextrū pleniore gressu pergit ire: iam aduersus Archelaum constanter pro dignitate pugnans. Ut autem apparuit scylla: uiolentius incūbentes uincūt uictos ad fluuium usq; & ad Concium montē effusa fuga p̄sequuntur. Murenæ tamē periculum minime scylla contempsit: sed ad ferendū concitatus auxiliū Vbi eos quoq; uictores aspexit: rursus ad insectandū conuertitur Multi barbarorū cāduntur in cāpo, plurimi dū uallū petunt obruncantur. Ex tot milibus decē tantū milia in Chalcidē elapsa sunt. scylla refert suis ex militibus conquisitos esse. xiiii. Ex quibus cum aduerseretur duos aduenisse: iccirco trophæis Martē uictoriā & uenerem inscripsit: perinde ac in eo praelio nō minus fœlicitate q̄ solertia & potētia rē bene gesserit. Hoc quidē trophæum de cāpēstri pugna erexit: qua primū Archelaus usq; ad medū fluuiū inclinauit: Alterq; ē ad cacumen Thuriū pertinens de circumdatis barbaris: græcis inscriptū est litteris Homoloichū & Anaxidamon bellatores præstantissimos significantibus. Huius pugnae uictoriā Thebis celebrauit: ædificata circa œclipi fontem ara ludices græcos aliis ex oppidis accersens. Quando cum Thebanis similitatem exercēs dimidium illorum agrum abruperat: & apollini Pythio & ioui olympio consecrarat: iussit utriq; deo pecuniā ex fructibus reddere quam ipse rapuerat. audiens postmodum Flaccum ex aduersa factione consulem electum ionium mare cum exercitu traicere: uerbo quidem cōtra Mithridatem re autem uera contra Scyllam ipsum: ut ei se ferret obuium in Thessaliam castra mouit. Ei cum penes Melitheam urbem esset: crebri afferūtur nuntii regias copias haud sane minores quam antea relictos a tergo locos denuo populari. Nāq; Dorilaus ingenti nauium apparatu delatus ad Chalcidem: in quibus octuaginta hominū milia i armis spectata & ex omni mithridatico exercitu præstantissime instructa ducebat: mox Boetiam incursarat: agroq; potitus erat. Is ut scyllam elicere ad praelium promptam exhibebat operam: archelao nequaquā audiens ne id faceret obstitenti: rumores de priore pugna disseminans tot uirorum milia non sine proditiōe deleri potuisse: Mature igitur scylla reuersus archelaum uirum singulari prudentia præditum & romāæ uirtutis etiam atq; expertissimū esse Dorilao demonstrauit. archelaus paululum prope scyllam primus incidens primus erat q̄ dissuaderet ne praelio decerneretur. At ipensis & tpe bellū terrēdū. spē tamen nōnullā præbuit archelao propinquus Orchomeno locus in quo locata castra fuerant. Is ad deceretandū mixtū imodū idoneus: qui equestribus copiis spollerēt. Ex agro nāq; pulchritudinē ac magnitudine pars excellit ad Orchomeniorum urbem pertinens. Ea tantum planicies diffūdatur arbutis usq; ad paludes uacua in quibus Melas fluuius assumitur: sub Orchomeniorum urbem emergens: magnus quidem & solus e Græciæ fluminibus a fonte nauigiorum patens: & æstiuum circa solsticium istar Nilī incrementa suscipiēs. Eadē q̄ i illo nascūtur & hic produci: præterq; si qua fructū non ferunt: aut non auescunt. Cæterum longe nō excurrit: maxima ex parte in occultos continuo lacus aut siluas extinguitur: nō magnā uero partē Cephiso cōmiscet: quo in loco præcipue lacus ut uidetur cōmodam conficiendis tibiis producit arundinē. Locatis igitur proxime castris Archelaus quidē ociosus erat. At uero scylla fossas utriq; cauat: ut si qua prestaretur facultas e solidis locis & equorū cursui aptis ad palustria hostes excluderet. At illi moragē ipatiētes: ut primū ab ductoribus emissi sunt tā effusa uelocitate cursitāt: ut nō modo q̄ operibus destinebātur ueq; etiā pturbati ordies pluri mi fugā capeferēt. Vbi desiliens ab equo scylla correpto signo per maclātes in hostē cōuolat: & uociferat: mihi quidē inquit o Romani milites hic pulchrū est mori: uos tutē cum rogabimini quonā in loco ip̄eratore uestrū pdidistis: dicere memētote in Orchomeno: quo dicto reuocātur: mox etiā duabus cohortibus ab cornu dextro subsidiū afferentibus incursans uertit hostem. Reductis paululū deīde militibus prandī cū dedisset: rursus ab hoste uallū fossā muniebat. At illi denuo istructiores q̄ antea ipetu deferebātur: Vbi Diogenes archelai priuignus tū i dextro cornu pugna cietet cūctorū admiratio spectabilis occidit. Romani sagittarij icūbētibus aduersariis quo se uerterēt nō haberēt collectas manu sagittas ut enses ifligētes cōsauciebant. Deīde inter uallum inclusi per mortes ac uulnera miserabiliter pernoctabant: scylla rursus cū illulceret adductis ad uallum militibus fossam agitabat. Erūpentes deīde cōplurimos commissa pugna

 atque robur pro loco iniquitate conuersione atque agitatione corporum habere non poterant. Haec primo inci-
 pientem omnes subsequerant. Nemo quidem male corpus exercebat & omnes multa cum audacia praediabant. Ut igitur
 romani uiderunt desuper in hostes impetum fieri paululum morati in planicie cessere: & iam primis in acie statibus scuto-
 rum collisio & clamor nascitur in eos quae post terga irruerant. Nam postquam ratione agendae rei & tempore conuenerant: marcellus fa-
 ctum clamore supra in tumultu cursu atque impetu a tergo in hostes prorupit ultimosque prosternit atque trucidat itaque
 copia hostium duabus ex partibus turbatae passim funditur atque fugatur. Nam utriusque percussus barbari non diu uim
 tunc ferre potuerunt. Verum de relicto acie ordine uertuntur in fugam. Quare capti uiui atque trucidati ex bar-
 baris ultra decem miriadas. Tentoria & currus caeteraque usui militari opportuna nequid subterciperetur:

CAII MARI

Mario tradenda sancitum fuit. Putabant, n. Romani ppter periculi magnitudinem hac tam luculenta largitione nihil in re ipsa militari habere qđ Mario dignius esset: qđam uero de spoliogz largitione & occisorum numero in uarias distrahantur sententias. Ferūt massilitas aceruis ossium auxisse uineas. Nam terra in qua cadauera diffusa iacebant aduenientibus ĩbribus ita pinguedine oppleta est corruptione cadauerū: quæ terram ipsam subierat: ut incredibilem fructuū copiam coloni ex agris extulerint. Qđ Archilocus dicens hac huiusmōi re agros pinguefactos eē affirmare uidef. Illud at ueritatis imaginē habere arbitramur tēpore belli inusitatos imbres cælo defluxisse: siue deo quodā purgante ac diluente terram puris & a cælo fluentibus aqs: siue qđ cæde hoĩum atqđ putrefactiōe euaporatio humida ac grossa exalauerit: qđ aerem mutabilem facile ex paruo principio multum cōdensauerit. Post dimicationē Marius armogz atqđ spoliorum quæ deuictis barbaris detraxerat delectum habuit: & pulchriora atqđ magnificentiora ad triumphum atqđ spectaculū præparauit. Aliis rebus in pyra quadā ingenti collectis rem diuinam fecit. Circūstante in armis coronato exercitu: ipse p̄cinctus ut mos erat & purpura indutus cum facē ardentem sumpisset: & utrisqđ manibus ad cælū extulisset: illam ĩ pyra submisit. Milites equis calcaribus actis & celeri cursu Mariū petebant & silētibus cūctis summis uiribus oēs accelerabant. Postqđ propius accesserant equo desilientes dextrā Marii dextræ suæ iungebant & qntum consulatum se fortitugz prædicantes de hac re post litteras Romā mittebant. Magno gaudio militibus itaqđ exultantibus & plausum percussis armis facientibus corona laurea rursus Mariū coronātibus: Marius exusta pyra sacrificia peregit: & rem diuinam transegit. Veꝝ fortuna quædā uel inuidia uel natura reꝝ humanæ nullam magnæ sclicitatē molestiæ expertem euenire sinuit. Quæ uaria ac instabilis uitā humanam nunc secundis rebus: nūc aduersis pmiscet. Mario, n. post paucos dies de Catulo eius collega renunciatum ē: tanqđ in lucido ac sereno aere orta nebula alium timorē atqđ tempestatē romanis imminere. Nam Catulus qui contra cimbro copias ductauerat desperauerat illos ab alpium transitu arcere posse. Quoniā si contra multos exercitus diuidēdus esset formidabat ne ppter imbecilitatem atqđ tenuitatē copiaz superaretur. Qui cum statim ĩ italiā ad fluuiū athisonū descēdisset: ibiqđ cōsēdisset utriqđ ea loca qbus aditus esset uallo muniuit atqđ fossa obstruit: ut his qui eēt ultra flumen auxilia mittere posset: si barbari propter meatus angustiam in propugnacula ĩpetum inferre molirent. His tanta inerat despicientia hostium atqđ audacia: ut potius robur atque animi elationem ostentarent qđ id qđ in usum ac necessitatem ueniret efficerent. Nam nudi p̄ niues altissimas atqđ glacies alpium iuga conscenderent. Ut uero summa montium occupauerat lata scuta corporibus supponentes: quæ lapsus ueloces ingentesqđ habebant per præruptos atqđ præcipites locos in descensu ferebantur. Postqđ prope flumen castra posuere ut per aquas tranarent operam inceptabant: & tumulos qui iuxta aderant scindentes tanqđ gigantes cælas trabes atqđ montum p̄cipitia & terræ aggeres atqđ cōiugatas scalas ĩ fluuiū comportabāt: qui fluxum aquæ frāgentes pontē quassabant uastis roboribus quæ ad fluuiū traxerant. Multi ex militibus romanogz terre facti maioribus de relictis castris se cessere. Hic Catulus (ut imperatorē optimū decet qđ gloriā suā in ciuiū pectoribus collocauerit) uirtutē animi sui ostentauit. Nā postqđ fortitudinem psuadere militibus nō potuit: p̄spexitqđ magno terrore castra moueri: iubens aquilam ac ligna attolli ad primos cursu contendit: & primus exercitum duxit. Volebat, n. sibi & nō patriæ turpitudinem assignari: uideriqđ romanos nō fugam cape: ueꝝ secedentē ducē consequi. Barbari traiecto a thisonē ppugnaculum romanogz occupauere & romanos ibi existentes uiros fortes ac p̄ patria digna picula aggressos admirantes seruauere: atqđ cum fide & syngrapho barbarico ubi æreus taurus inerat dimisere. hunc raptum post dimicationē qđ ĩsignia uictoriæ ĩ domum Catuli delatū fuisse tradunt. Regionem nullis p̄sidiis munitā late ac passim barbari populabant. Interea p̄ litteras accitus Marius Romam p̄fectus arbitrantibus cunctis ipsum acturū eē triumphū decernēte senatu haud triumphare uoluit: siue qđ milites aut socios uictoriæ ea gloria priuare nollet siue ut ad præsentia multitudinē audaciore faceret ut deposita gloria primaz reꝝ bene gestaz propter imminentes casus reip. secundis rebus bene gestis clariore triumphū redderet. Postqđ disseruit atqđ p̄ tempore orationē habuit ad Catulū p̄fectus illūqđ exhortationibus multis p̄secutus milites eius ex Gallia accersiu. Deinde rhodanum traiectus barbaros ab Italia arcere p̄ uiribus nittebat. Ex hostibus qđ erant ea sententia ut dicerent expectandos esse theutones: & qui admirabantur qđ morā traherent præliū differrebant: siue qđ certe ignorarent illum perniciē: siue qđ fingerent. Nā renunciantes graui pœna ab illis affiebantur. Itaqđ legati ad Marium ex cimbris missi a Mario postulabant ut regionē atqđ sufficientes ad habitandū urbes ipsis ac fratribus traderent. Cū marius interrogaret qui essent quos fratres appellabāt dicens: illis esse theutones (cæteri quidē risu tenebantur) Marius uero salibus utens ĩquit de fratribus cedat ex animis cura. Nā illi regionē apud nos habent semperqđ habituri sunt: Legati ironiā intelligentes Mariū tanqđ iniuria illos afficientē cōuitiis prosequabantur. Cimbris quidē ĩquit marius e uestigio regionē ĩpartiemur. Theutonibus autē dū aderunt: ueꝝ adsunt. Sed haud pro dignitate uestra esset insalutatis fratribus discedere. His dictis iussit theutonogz reges uinctos adduci. Nā illos fugientes Sicciani in alpiibus exciperant. Postqđ hæc cimbris renunciata sunt: repente Mariū tacite castra custodientē petunt. Fertur Mariū in ea pugna primo nouos ritus de iaculis usurpasse: nā hasta ipsa lignea quæ ferz ĩgreditur antea duos stillos ferreos accipiebat. Tūc uero Marius alteꝝ ut erat admisit. Alteꝝ tollens ligneum clauum ad uulnere imprimenda aptiore p̄ illo ĩposuit: machiatus iaculū iactū scuto hostili haud rectum hæsus: sed fracto ligneo clauo tortū fieri circa ferz & hastā per obliquitatē cuspidis trahendā fore. Byorix cimbroꝝ rex cum paucis exercitū præequitans. Mariū tempus atqđ locū cōtēplantēqđ ut circa regionē cū hostibus ĩ dimicationē ueniret ad conferendas manus uocauit. Marius cum diceret nunqđ romanis de more fuisse p̄ prælio

adeundo cōsiliariis hostibus uti gratū hoc tamē cimbris effecit: ut tertio die ab illa regiōe ac planicie apud Vercellas ad dimicādum descēderet. Nam hic locus Romanis ad equitādum cimbroꝝ uero multitudini ad regrediēdum idoneus erat. Seruātes igit̄ idictum pugnae diē Romani in aciem copias struxere. Habebat Catulus sub eius ordine .xx. milia & trecētos milites. Marius uero duo & triginta milia. Structa acie Catulus in medio se locauit: ut Scylla qui in eo plio aderat litteris mādauit. Ferunt, Mariū spē oēm in cornibus posuisse: ut solus uictoria potiret: & Catulus excluderet ne hostibus sinum pmisceret eoz: q̄ i medio locati erāt: q̄ hostes suscipiebāt: ut magnis in frontibus cōsueuerāt: sic copias struxisse. Ceteri q̄ hanc historiam scripsere Catulū hac malignitate acriter Mariū accusantē defendunt. Cimbroꝝ at̄ pedestris armatura pariter diuisa partim ex ppugnaculis silētio p̄cedebat: partim i frōte locata erat. Quodlibet. n. latus per stadia. xxx. porrigebat. Equites q̄ numero qnq; & decē milia erāt fulgētibus armis in equis ifederant. Nā galeas ornatas horredis hiantiū aialium formis ferebāt: q̄ pēnatae atq; elatae in summū galeae maiores uidebant̄ et thoracibus ferreis scutisq; albis p̄fecti multo splēdore fulgebāt. Quilibet at̄ bicuspide telo manus armauerat: Cum i hostes irruerēt magnis grauibusq; macheris manus cōserebāt. Tunc cōtra Romanos nō e cōspectu p̄diebāt. Acies at̄ peditum atq; eq̄tum ad sinistra struētā fuerāt. Sed p̄fecto Romanoz duces barbaroz dolos sentiētes arcere milites nō potuere. Cum. n. iclamatum eēt ab uno militū hostes fugiunt: ab oībus ceptum ē hostes ifeque. Ad hęc barbaroz pedites more uasti fluctuātisq; pelagi sese habuerunt. Marius ad cælū manus attollēs solēnia uouit sacrificia Catulus quoq; sublatis ad deū manibus diē illū fortunae celebratuz se iquit. Ferunt Mariū rem diuinā agentē inspectis hostiis magna uoce clamasse mea uictoria est. Postq̄ ad plium ineundum itum est: rem admiratione dignā Mario contigisse Scylla litteraz monumētis tradidit. Puluere. n. in nubem elato dēsius q̄ cōsentaneum uideret obductisq; castris cū ille ut prius aggressus fuerat exercitū ad insequēdos barbaros spargeret cōsiliū de hostibus eum fefellit: & cū acies in cāpos eduxisset multū ibi t̄pis p̄traxit. Catulus aut̄ forte fortūa barbaros fregit atq; supauit. Nam cum eo & militibus eius inter quos Scilla erat p̄sertim est cōfecta pugna. Ferunt clauorem ac solē cōtra oculos cimbroꝝ radios spargētē Romanis bellātibus opem p̄stitisse. Illi. n. ad p̄ferenda frigora duri q̄ umbrōsis in locis atq; frigidis ut aiunt nutriti erāt ad loca calida puenerāt: q̄ sudorē magno cū anhelitu e corporibus dimittētes scutos ante ora opponebant. Præterea post æstiuū solsticiū ut ferunt Romani triduo ante kal. nunc augusti tunc sextilis dimicatū est. Puluis et̄ romanis aīum uiresq; auxit qd̄ multitudo cimbroꝝ inter se cōspicere nō multū poterāt. Qui cursu oē in Romanos ruētes haud ipso aspectu exterriti in manibus hostiū ueniebāt. Sed ita defessa corpora cimbrī habebāt ita fracti pp̄ æstum qa currēdo pugnatū fuerat: ut neq; sudantē aliquē Romanoz neq; anhelatē cōspicerēt. Sic ferunt Catonē milites laudatē scripsisse. Itaq; maior atq; bellicosior pars hostiū cæsa est: nam ppugnatores ne acies dissoluerēt ac milites suo loco discederent lōgis catenis adinuicem p̄ baltheos cōiugati atq; cōnexi dimicabant. At cum fugerent ad uallum miserabilibus calamitatibus occurrerunt. Nā mulieres quæ ad currus nigro amictu astabāt fugiētes neci tradebāt. Quædā. n. uiros: quædā fratres: q̄dam parentes & filios ifantes manibus suffocantes sub curribus deiiciebāt: seipsas aut̄ gladio iugulabāt. Fama est unā e summitate ppugnaculi suspensam ligatis laqueo pedibus utrinq; pependisse: hominum uero arborū penuria quosdam cornibus quosdā cruribus boum fune colla illigauisse. Deinde stimulo quē manu ferebant actis bouibus tractos expirasse. Et si hoc modo barbari necē sibi pararet capti tamē ex iis ultra sex Myriadas cæsi autē bis totidem. Pecunias uero Marii milite diripuere. Spolia autē & tubæ & signa in castra Catuli delata feruntur. Hęc apud se Catulus uoluit: ut appareret eum uictoriae auctore extitisse. Cū iter milites Marii & Catuli de uictoria cōtentio oriatur: in hęc pacta uentū est, ut legati Parmesiū qui tū aderant de hac re iudiciū ferret. Hi ducti per cadauera hostiū a militibus conspexerunt iaculis militū Catuli barbaroz corpora esse perforata. Dinoscabantur ex inscriptis litteris quæ nomē Catuli in telis designabant. Veḡ famā & gloriā huius rei totā i Mario propter primā uictoriā & nomē imperii tribuebant. Populus Ro. tertium Romæ cōditore Mariū appellabat q̄ non a minori discrimine tunc Romam seruauisset: q̄ cū exactus galloꝝ furor. Itaq; læti omnes Romani cum filiis atq; uxoribus Mario & diis domi libabant. Quibus dignū putantibus Mariū ambos triūphos solū agere: nō tamē hoc Marius efficere uoluit: Nā ut in huiusmodi secūdis rebus mansuetum se præberet cū Catulo triūphare animo istituit. Formidabat præterea milites qui i ea dimicatione cōuenerāt: q̄ si Catulus honore excluderetur: ne ipse quoq; triumpho priuaretur: Quisquies itaq; marius consulatu functus est. Sextū uero ut nemo alius ide auide exoptauit suscepitq; obsequiis populi beniuolentiam captaturus: & cū ad grām multitudinis se iclinaret: uolēs humilē ac popularē uideri: ad quod minime natus erat: nō modo præter molē atq; cōem dignitatem magistratus: ueꝝ præter ingeniū atq; animi naturā agebat: ut ferūt in rep. & i tumultu populari gloriæ cupiditatis cā timidus erat: & fortē inuictūq; aīum quem in bello gerebat i concionibus propter cōtingentes laudes atq; uituperationes deponebat: Fertur mille hoīes Camertes qui egregie i prælio pugnauerant ciuitate donasse. Quibusdā. n. accusantibus q̄ præter legē egisset inq̄ propter strepitū armoz nō audiuisse. Veḡ potius uidetur terrefactum esse & clamore concionis expauisse. In re militari p̄opter usum atq; rerum peritiā auctoritatem ac potētiam habuit. In rep. cū primōres urbis necasset uolēs potius maximū: uiḡ esse q̄ optimū ad gratiā beniuolentiāq; multitudinis refugium habuit. Omnibus igit̄ optimatibus sese opponens: præsertiq; metellū sibi inuisum formidans qui eo igenio erat ut propter uirtutē contra studiosos multitudinis certaret: ut uiḡ urbe euiceret ifidias tēdebat. Quod ut cōficeret Glaucū & Saturninū hoīes audacissimos q̄ multitudinis i opis atq; seditiosæ beniuolentiā cōfluerat familiares sibi faciēs p̄ ipsos legē ptulit & munus rei militaris trāsgressus cōcionibus sese admiscuit: & p̄ se

CAII MARII

ditionē Metellū oppugnauit, Sed ut a Rutilio scriptū est ueritatē atq; p̄bitatē Metellus aliis i rebus adama-
uit: priuatī atq; Mario īsensū erat. Marius ut sextū cōsulatū sortiret p̄ tribus argētum ferēs atq; suffragia
emens a magistratu Metellū exclusit. Valeriū atq; Flaccū ministrū potiusq; collegā i cōsulatū suscepit. Nemi-
eoz; q; ante Mariū cōsulatū adierāt p̄terq; Valeriū Coruino tot cōsulatus populus Ro. cōtulit: q; nulla in re
unq; illi repugnauit. Ferunt autē a priō illius magistratu ad ultimū qnq; & q; dragita annos interfuisse: Ma-
rius uero post primū cōsulatū unius fortunæ īpetu qnq; cōsulatus cōfecit: & in postremo multa p̄ Satur-
nino minus æq; faciēs q; Cefoniū tribunatū petētē necauerat: p̄multā sibi īuidiā cōparauit Saturninus. De-
inde tribunus legē de regiōe p̄mulgauit & senatū ad illā cōfirmādā accersiuit coegitq;. Lex qdē erat ut ne-
mini nisi quē decerneret populus in regiōe eē liceret. Marius partī hāc legē in senatu accusare fingēs iusiur-
randum se aditurū ne īsipientie nomē subiret recusabat. Nā nisi lex necessitatē haberet senatū iureiurando
ui adigere īpiū fore dicebat. Sed p̄suasiōes Marii neq; acceptæ neq; audite. Hæc & si aliter sentiret ita dis-
seruit. Veg; cū Metello fraudes ineuitabiles struxisset: putās qdē ambire ac fraudē struere partē eē & uirtu-
tis & eloquētiae: oīm regē qbus i p̄actionē cū senatu uenerat fidē labefactauit. Sciēs Metellū uig; fortē eē &
ueritatē magnū p̄icipiū uirtutis p̄ snia Pindari tuētē: uoluit illum anticipatē negatiōi aduersus senatum
iusiurādū nō recipiētē inexorabilē inimicū populo reddere. hæc res p̄ snia sua p̄fecto cōtigit. Metello dicē-
te nullo mō iusiurādū se p̄biturū tūc senatus dimissus ē. Post uero paucos dies Saturnino cōuocātē senatū
in cōcionē cogētēq; illū ad iusiurādū: Marius orationē habiturus silētibus cūctis atq; de illius snia sollici-
tis lōge frustratus eos ē: q; fuerāt ex eius priore cōciōe lætati: atq; nō tā latum se collum abere: ut rei tate ad-
uerset iuraturūq; se obtulit legiq; obsecuturū: siq; eē ea eēt lex. Hunc colorē tanq; ruboris tegmen apposuit.
Populus p̄ hoc iusiurādū lætus plausus egit atq; fauorē p̄stitit. Optimates ex eo q; Marius qdē labefa-
ctarāt: nec in snia steterat graui mærore atq; odio afficiebant. Itaq; oēs populum p̄timefcētes p̄ter Metel-
lum statim iusiurādū p̄stiterunt. Metellus & si oraret suppliciter amici ut iuraret. Nec se ipsum ineuita-
bilibus malis opponeret: q; Saturninus pati nō iurātes cogeret: nō tamē snia sua atq; cōstātia dimoueri po-
tuit: nec ad iusiurādū accessit sed in p̄posito mētis p̄manēs paratus oīa potius molesta ferre q; in aliquā
turpitudinē labi ex cōcione discessit. Dicēs iis q; una cum eo gradiebant q; foedum eē scelera p̄petrare: ho-
nesta uero agere sine piculo oībus p̄tinere: Cum discrimine autē priuatī officium boni uiri eē. Deinde Satur-
ninus decretum tulit: cōsules p̄ p̄cones publicare: ut Metello aq; igniq; ac tecto interdiceret: & qd; turpissi-
mum fuit licere oībus Metellum necare. Optimis uiris ad metellum cōcurrentibus non p̄misit metellus
eius cā seditionem exoriri. Veg; optima rōne usus urbe decedens inq;: uel ego i patriā reuocatus fuero me-
liori stāte repu. cum populum facti p̄nitebit: uel eodē mō rebus se habētibus abesse sanius ducēdum ē.
Sed metellus quā oīum beniuolentiā atq; honorē i discessu habuit & quā in Rhodo cū philosophātibus
cōsuetudinē habuit: Hæc in phōg; historia sed melius in rebus ab eo gestis narrant. Marius uero Saturni-
num quē p̄ hoc oblego oīa posse audebat sustinere coactus malum ingens effecturus clā illo euasit: & at-
mis & cæde hoīum ad tyrannidē & ad reipu. subuersionē cōspirauit. Optimates. n. reuerētia. multitudinē
atq; beneficio afficiens facinus tādē illiberale atq; dolosum p̄egit. Nā cū ad ipm sub noctē primores uenit-
sent uocassentq; ad saturninū clā aliis portis susceptus est. Deinde adhibita cā apud utrosq; se uentris fluxu
exagitari nunc illoz; nunc illius domum petens aiū ad arma capiēda exacerbauit atq; irritauit. Itaq; se-
natorio ac militari ordie cōgregato arma i foz; ferri iussit: & illos i capitolio siti fatigatos i p̄tātē suā coegit
Nā aq; rūdūctus ac riuulos ut sciderent effecerat. Illi de salute desperati Mariū aduocauerūt: & illius sese si-
dei tradiderūt. Postq; multa calliditate saluti illoz; fauere simulauit: & nullo auxilio fuit: illi i foz; p̄fecti tru-
cidant. Hac re & optimatibus & populo inuisus cū comitia q̄storis īstarent: Marius gloriæ cupidus haud
magistratū petiit sed p̄timefcēs ne repulsam haberet rē subornabat atq; fugabat: dicens ne multoz; odiū
subiret se q̄sturā nō petiturū: & uitā atq; mores ipsoz; acerbo sermone carpebat. Cū latū eēt decretū de Me-
tello ab exilio reuocādo. postq; oī cōsilio & cura inaniter repugnauit: tādē abeūdi cōsiliū cæpit. Cū popu-
lus alacriter legē sanciret Marius ne Metellū i urbe uideret: adducta i mediū cā q; ad pagenda matri deoz;
uota p̄fecturus erat q̄q; aliā mētē p̄grinationis haberet: q; populū latere uolebat: in Cappadociā atq; Galliā
traiecit. Qui bello assuetus & toga & in pace minus idoneus bello aut magnificatus: cum p̄spiceret ocio &
quiete paulatim eius potētiā desidiosam & ignauā factā eē: primordia ac semina nouaz; regē scrutabatur.
Sperabat. n. regibus irritatis & Mithridate rege belli gloria cupido excitato statī cōtra ipsum ducem se fu-
turū & urbē nouis triumphis domum quoq; spoliis pōticis atq; regis gazis oppleturum. Quapropter Mi-
thridate p̄sequente cultu & honore Mariū: cui nōdum animi ferocitas ceciderat: cum dixisset o rex uel
te Romanis minorē eē oportet uel silētio ipsoz; iussis parere: Vnde exterritus Mithridates ē hactenus no-
mē tunc uero Romanoz; audaciā intelligēs. Reuersus Romā Marius prope foz; ædes exædificauit siue ut
ipse ferebat nolēs sui studiosos atq; cultores lōgum iter eum comitari ac molestia affici: siue q; putaret hāc
occasionē sibi dari ut a pluribus et aliis limina eius frequētarent: sed hæc figmēta erāt. Cū enim sermonū
dexteritate & facundia atq; familiaritate aliorum in rebus ciuilibus non uteretur tanq; instrumentum mi-
litare in pace cōrem ptui habebatur: sed ab aliis minus odio habebatur: Scylla uero q; ex inimicitias nobilitatis
exaltatum Mariū uideret. Permultum cruciābatur: qui p̄incipia cōtentionis & inimicitiarum cōtra
illum ex rep. emanasse uolebat. Nā postq; Bochus numida romanoz; in societate ascriptus uictorias triu-
phales i Capitolio erexit: & apud has aureū Iugurthā in Scyllæ manibus cōstituit: Marius in irā atq; cōten-
tionē hac re adductus: q; Scylla tanq; medius ac legatus ad negocia cōficiēda ad Bochū fuerat: parauit statu-
as ac triumphos dissipare: scylla cōtra inimicitias exercebat. Hic maiorē imodū concitatā seditionē q; unq;

per superiora tēpora bellum sociorū statim aduersus urbē exortum continuuit atq; rep̄ssit. Nā p̄multi hoīes atq; bellicosissimæ Italiæ gētes q̄ cōtra romanos bellum cōsciuerāt paululū absuit: qn̄ impiū deturbarent. Nā nō mō armis & corporibus multū ualebāt. ueq; ēt p̄ audētes ac fortes in resistēdo & admirabiles īpera tores bellum gerebat. In hoc bello calamitatibus & fortuna uaria q̄tum gloriæ & opum Scylla cōparauit tantum marius amisit. Nā ignauia atq; inertia Marius ad uictorias cōsequēdas ac oībus in rebus tardus ac cedebat: siue q; senectus calorem extixisset: cum iā supra q̄ntum & sexagesimū annū ætatē ageret: siue q; ut ipse ferebat & neruis laborās & officio corporis ī rebus agēdis minus uti ualēs militiā p̄ter uirium eius dignitatem rubore subiisset. Tamē eo tpe magna in dimicatiōe uictor euadēs sex milia ex hostibus trucidauit: & nunq; ī eā dimicatiōe nisi superior fuit. Qui cum fossa stipatus fuisset & ludibrio habitus: puocatusq; nunq; recto cōsilio se dimouit nunq; hostes aliq; irritatiōe ad temerariū bellum pmouere eum potuerunt. Fere q̄dem Popilio filone q; magnum nomē magnasq; uires īter hostes habebat dicēte aduersus marium: Si magnus es impator o Mari: Descēde ad cōserēda p̄lia respōdisse marium: tu quoq; o Popilie si eximius es impator cohibe me inuitum cōtra te ad dimicādum: Rursus cum hostes opportunitatē irruēdi mario iniicerent timētibus Romanis: postq; utriq; cessatū est cōuocatis ad cōcionē militibus inq; ai dubius sum cōmilitōes utrum hostes effeminationes an uos appellē: neq; illi terga nostra neq; uos illoq; habenas uide re potuistis. Tandē tanq; minus idoneus ad rē militārē pp̄ corporis ībecillitatē magistratū deposuit. Postq; bella iam s̄cdata erāt in italia & multa mithridaticū bellum p̄ factiosos hoīes romæ iteq; excitauerāt: p̄ter oīum expectatiōē Sulpitius tribunus populi hō temerarius mariū p̄cōsulem cōtra mithridatē declarauit: Populus in duas partes diuisus: partī Marium: partī Scyllā ad p̄cipatum uocitabat: uolebatq; Mariū ad balnea ad Baias curādi corporis gratia q; senectute & fluxibus ut ipse ferebat cōfectus atq; fessus erat p̄ficisci. Nā ibi apud misenum magnificas ædes ad uictum atq; effeminationes q̄ esset p̄ dignitate uiri q; tot bella atq; īperia gessisset Marius habebat. Fere septē myriadibus semissium has Cornelīū emisse. Paulo postea a. L. Lucullo qnq; & ducentis myriadibus traditas fuisse: ita repente sumptuositas cucurrit & tantum sumptum ad molliciem tēpora tā breui momēto fuisse suscepit. Itaq; marius p̄multum gloriæ cupidus iuueniliter senectutē atq; corporis ībecillitatem agens quotidie in cāpum descendebat: & corpus cū adolescentibus exercens agilem ad arma ferēda idoneū ad eq̄radum sese efficere nitebat: q̄q; senilis moles non leuem sed grauē redderet. Quidā capti uoluptate hæg; reg; q; agebat Marius ad eius ambitionē atq; certamē īspiciendum p̄ficiscebant. Bohos uero hæg; ituentes eius ambitionis atq; insatiabilis cupiditatis miserebat. Qui cū ex paupertate diuitias ex humilitate altitudinē cōsecutus fuisset terminū foelicitatis non p̄spiciebat: neq; in ocio rebus p̄sentibus fruebat. Sed ita agebat tanq; oīum īdigens cum Archelao Ptolomeo mithridatis satrapis dimicaturus esset: & ī cappadociā ac Euxinum p̄otumq; ut triūphis & gloria senectutē extolleret traiecturus foret. Plane hi sermones oīo mariū delirātem ostenderunt. Aiebat. n. eo p̄sente uelle filiū ad rem militarem exerceri. Eæ res ulcera ac latentē diu urbis īsaniā resciderūt. Nā marius aptissimū īstru mentū Sulpitii temeritatem ad cōem p̄niciē īuenit: q; īter alia cum admiraret atq; imitaret saturninum: q; timiditatē ac tarditatē eius accusabat: Ipse uero haud tardus sexcētis eq̄stribus uiris tanq; satellitibus quos p̄sidia cōtra senatū eē dicebat stipatus īcedebat: Cum cōcionem uocasset egressus armatus contra cōsules ruit: quoq; alterius ex foro fugiētis captum filium iugulauit. Scyllā aut fugiētē & ædes Marii īgressum: qui īsequebant̄ currentes p̄terire. Sed fertur eum per alias portas a Mario tutum emissum ad exercitum contendisse. At a Scylla in suis cōmentariis haud scriptum est apud Mariū cōfugisse: Verū cū abeūdi cōsiliū capere meditaretur quod circūdatus nudis gladiis a Sulpitio iuitus suffragium reddere cogere & uellet ad Mariū cōfugere: quādo in cāpum pergeret ut illi arbitrabatur: rē p̄ uolūtate sulpitii absoluisse. His actis sulpitius uictor Mario p̄æturā demandauit suffragiis. Cū Marius iā contra hostes signa afferre uellet duos tribunos militū a Scylla exercitū accepturos legauit: scylla cui erant tria milia equitū & quinq; milia peditū exhortatis militibus & tribunis militū trucidatisq; legatis Marii obuiā uenientibus Romam uersus copias ductauit. Marius quoq; ex amicis scyllæ multos necauit: ex seruis ut socios sibi illos adiungeret libertate donatis tres duntaxat superfuere: marius Postq; paululū scyllæ irruēti obstetit e uestigio ui sūpatus fugā corripuit. Qui cū eo erāt ut primū urbe expulsus est marius sparsi passim noctu: ipse ad quodā eius suburbanū soloniū cessit. Filiū uero ad loca Mutii foceri sui q; non multū distabant necessaria sumptusq; legauit. Ipse aut Hostiā ingressus amico quodā sibi nauē apparante: nō expectato filio sed assumpto Granio eius priuigno nauē conscendit. Adolescens postq; ad loca Mutii peruenit: parauitq; ea quæ ferenda sibi erant: cū altero die habiturus esset nō omnino inimicis p̄scentibus equites quidā ex hostibus coniectura quadā ducti ad loca Mutii properant. Hos cū ille cui agrorum cura erat prospexisset: Marium in curru fabas portante celauit & cunctis curru bobus atq; equitibus obuiam profectus in urbē currū aduexit. sic Marius domum uxoris delatus sumptis q; uolebat noctu ad mare peruenit: & nauē ingressus Libyam traiecit. Marius uero senior postq; secundo uento iuxta Italiā delatus est Geminium quendā ex potētibus Terracinæ eius inimicum p̄mescens: nautas monuit ut a terracinæ littoribus longius nauigarēt. Illi pro uoluntate Marii agere uolebant: sed cum iā ingens tēpeestas marii incūbere cōpisset: neq; scaphā undatiōibus agitātā sustinendā esse uideret uix ad mare Curseum descēdere potuerunt. Tumefacto mari relictaq; refrumentaria egressus Marius nullo signo ac duce errabat: & ut contingebat magna in reg; dubietate tāq; acerbum aliquid instaret: assiduā fugā agebat & spem omnē in uiis incognitis coniecerat. postq; Marius sociiq; per ag; hostilē gradiebantur & mare aduersum habebāt terrore p̄culso Mario ne cuiq; occurreret & ne omnino occursum hominum priuarentur propter rerum necessariarū indigentia: tādē quibusdam

pistoribus obuiauerunt. Hi illis rogationibus quae copia dandi deerat nihil prebuerunt: Cum Marium nouissent mouere quo breuiore itinere possent uiam corripere. Nam paulo ante ibi eques Marium querentes discurrentesque conspexisse ferebatur. Cum omnium regum penuria laboraret: & praesertim fame socii tolerare nolent: a uia diuertentes in profundum nemus sese pripuit ingentibus cum molestia ibi pnoctauit. Postridie fatigatus fame priusque occuberet omnia experiri animo instituens ad littoria discessit: hortabaturque socios multis precibus ne in ultima spe ad quae seruari se antiquorum augurum sententia credebat desererent. Nam cum ualde adolescens esset & in agris uersaret: nidu aquilae septem pullos habentem in ueste detulerat. Parentes hoc magna cum admiratione intuentes Augures consuluerunt. Illi responderunt Marium clarissimum uirum futurum: maximum principatum atque imperium septies saltem habiturum. Haec plane Mario quod sic accidisse ferunt. Quidam uero aiunt istos tunc & alia in fuga Marium audientes atque fide facientes rem ualde fabulosam descripsisse. Aquila enim geminos tantummodo pullos parit: & Musaeum de Aquila scribentem dicentemque tres pullos parere: duos autem subtrahere unum uero alere mentium asserunt. Marius in fuga atque extrema regum difficultate multoties inquit ratum sibi esse septimum consulatum se consecuturum. Cum iam per uiginti stadia a Minturno Italiae oppido abessent turmam equitum in eos irrentem & duas naues onerarias errantes perspexere. Omnes igitur per uiribus pedum & corporis curretes ad mare sese coniecere: qui iuxta Granius erat altera nauium in insula Enaria appellata quae in conspectu erat traiecerunt. Ipsum uero Marium graue difficultate portatu duo serui uix & difficulter per mare ferentes in alteram nauem imposuerunt. Cum iam eques istarent iuberentque nauis nauem ad littora appellare uel eiecto Mario quo uellent nauigare: Marius cum supplex multis lachrymis atque precibus ad pedes nauis se precifset. Principes nauis huc atque illuc agitato consilio equitibus responderunt se Marium in mare non immeruros. Illi propter iram rursus in aliam uersam inuicem terre propinquauerunt: & iuxta ostia Lirii fluminis effusionem paludosam susipientis anchoras precipientes ipsum adortati sunt nauem curandi atque cibandi corporis gratia egredi: expectareque auras & secunda flamina per mare leniter inspiratura: cum iam hora immineret: qua pelagus saeuire consueuisset. Mario his uerbis persuaso & ad terram in quodam cespite a nauis exposito longe aliter quam in animum sibi induxerat accidit. Illi e uelutigio nauem repetentes retractis anchoris fugam cepissent. Non enim laude dignum ducebant Marium hostibus suis tradere: neque sine eorum discrimine illum seruare posse. Itaque cum desertum se ab omnibus uideret: Marius in littore elinguis iacuit. Tandem collectis uiribus ingratum atque iniquum iter ingressus postquam profundam siluam & fossas aquarum caeno oppletas euasit: ad tigurium senis cuiusdam lacunas purgantis peruenit. Hunc postquam ad pedes eius supplex percubuit orabat ut suae salutis auctor existeret. Quod si praesentem aduersamque fortunam euaderet magna ab eo officii premia consecuturum se expectaret. Senex siue quod antea Marium nouisset: siue quod ipso aspectu ut praesentem uirum admiraret: inquit tigurii copiam sibi facturum: & si eo erraret ut hostes fugeret eum alio in loco obscuriore & minus cognito celaturum. Cum Marius rogaret ita agendum esse: ductus a sena in quadam paludem in loco caeuo iuxta fluuium introiuit: & senex eum calamis atque aliis leuibus uirgultis textit: quibus grauari non posset. Paulopost Marius strepitum atque tumultum a tugurio audire excepit. Nam cum ex Terracina a Geminio mulierum qui Marium insequerentur legati fuissent: quidam forte fortuna hinc atque illinc incurstantes senem clamoribus perterrebant: quod hostes Romanorum suscepisset atque occultasset: Marius exiliens cum se enudasset in palustrem atque caenosam aquam ueniens delitescere. Hic ab hostibus inuentum nudum & caeno oppletum eripientes ad minturnenses rapuerunt. & principibus urbis tradidere: Nam per omnem urbem edictum ierat ut publice Marium insequerentur & captum necarent. Tamen de nece consilia prius agitare principes uoluerunt & Marium in custodiam Sanniae quam illius inimicam arbitrabantur: quodam in ea delato iudicio tradiderunt. Haec Sannia uirum cinium habuerat. Cum turbae inter eos oriretur dotem amplissimam Sannia reposcebat. Tunc Marius sextum agens consulatum iudex in hac re praerant. Postquam conuictum est Sanniam peccasse: cum uideret Marius uirum hanc tale suscepturum esse: ac diu cum ea uicturum: utrisque grauiter se ferentibus uirum dotem restitueret: & mulierem propter adulterii crimen damnatam quattuor aereos soluete iussit. Sannia quam muliebri affectu moueretur: tamen cum longe obliuioni iniuriam tradidisset: ut Marium prospexit atque suscepit: consolando deligenter eum curauit: Marius quoque illam laudibus persequens bono animo esse inquit: prospexisse enim sibi optimum signum adesse: hoc huiusmodi fuit. postquam Marius in domum Fanniae adductus est patentiibus portis asinus cursu a propinquo fonte delatus intra aedes irruit & intuens Marium audentem primo e conspectu stetit deinde uoce ingenti emissa coram Mario laetitia gestiuit atque exultauit: Quare Marius praerita animo coniectans inquit magis Marii quam terra a numine salutis signa sibi portendi: cum asinus aridum cibum negligeret: & ab eo ad aquam diuerteret. Haec cum ad Fanniam renunciarentur: ad ipsum concedens iussit hostium claudi postquam a principibus & a senatu minturnensium de Mario consilium agitatum est: tandem in hanc sententiam cessere: ut confestim Marius neceretur. Ex ciuibus qui rem conficeret neminem habere. Sed eques gallicus genere uel cimbrus (nam de utrisque legimus) assumpto gladio Marium petit. Cubiculum ubi Marius seruabat subobscurus erat. Hic fertur igitur flammam ex oculis Marii apparuisse militi magnamque uocem ex loco opaco exisse dicentem Tu homo necare Caium Marium audes: Barbarus repente percussus in medium gladio portas erupit: exclamatque non possum Caium Marium morti tradere. Hac re omnes terror ingens inuassit: deinde seipsum accusantes quod ingratum iniquum consilium egerant: contra eum quod Italia seruauisset: cui opere non ferre nefas esset: poenitentia ac misericordia erga Marium capti sunt. Eat igitur exul quo uelit alibi fatum accepturus. Nos uero uota facimus ne dii nobis irascantur Marium egenum ac pauperem urbe emittunt. Hac mente collecti minturnenses ad Marium conuocantes eumque circumstantes cum illo ad mare proficiscuntur. Cum omnes diuerso studio obsequio proopto animo curarent temporis interea imoratio facta est Lucus maricus quem religione deorum indigenae uenerabant atque obseruabant ad ea ferenda ad mare quae secum Minturnenses comportauerant impedimento erat. Itaque circuire lucum

& longiorem ire uiam expediebat. Hac cūctatione detenti quā ex senioribus exclamās iquit nullā uiam neque longiorem neque inaccessibilem esse dūmodo Mariū seruemus: qui ex rebus quæ ab ipsis ferebantur summens primus ad nauem iter ingredi. Hac promptitudine cōfestim oībus una proficiscentibus iulii cuiusdam nauem Mario tradiderūt: quæ postea sumptis tabellis oīa hæc ut gesta fuerāt litteris mādauit: & ī templo tabellas scriptas exposuit. Hinc marius secundo uēto nauigās forte ad insulam Gnariam appulit: ubi cū Granium cæterosque amicos cōuenisset una in Libyā traiciebāt. sed aquæ penuria defatigati Siciliā apud Erianium coacti petiere. Romanorumque quæstor ea loca custodiens paululum abfuit quoniam Mariū cōprehenderet. Interfecit uero ex his quæ aquatum cōcesserant decem. marius ex industria recedens & pelagus legens Meuingāque insulā petens hic primum de salute filii eius una cum Cethego audiebat. Hinc habeentes ad Iampsam Numadam regem auxilia imploraturi cōtendunt cum quibus ubi paululum animi resumpsit Marius audere cœpit ex insula Carthaginē cōtendere. Tunc Sextilius homo Romanus in Libyā p̄turam agebat. Hic neque officio neque iniuria a Mario affectus tunc misericordia uictus aliqua imparte auxilio fuit. Statim Mario cū paucis in Libyam decessuro licitor occurrēs cum e cōspectu stetit inquit Sextilius p̄tor o Mario in Libyam uenire te prohibet: Si autē huic edicto non obtēperaueris se decretum senatus uindicaturus: & te p̄ hoste Romanorum habiturus. Hæc cum Marius accepisset mœrore animi uoce intercepta cum licitorē horrēde inspiceret p̄multum tempore sermonem erumpere nō potuit. Cum ille interrogaret quid p̄tori renunciaret ab imo pectore suspirās iquit referas Caiū Mariū ī ruinis Carthaginēsis exulem sedētem: sed nō misere Sextilium inspectaturus. Hac quædam uoce fortunam illius urbis & mutationem augurauit. Interea Iampas Numadam rex cum dubia cōsilia animi agitaret: Mariū iuniorem & socios honore afficiebat. Volētibus autē abire ī medium causa adducta tēpora terebat: sed haud obscurus erat hac mora nihil nisi iniquum facturus. Verge id accidit quod ad salutem opportunum cōsentaneumque foret: nā Marii iunioris quæ egregia facie erat quædam ex pellicibus regis p̄ter existimationem agens mœrore afficiebat. Hæc misericordia principium atque occasionem amoris p̄buit. In principio Marius mulierē a se detrucebat: Sed ut fugæ nullā aliam esse uiam animaduertit: & officia illius ī se studiosiora fiebāt: p̄pter iliberalem uoluptatem: eam benigne allocutus & ab ipsa emissus ruptis amicitia legibus ad Mariū seniore fugā arripuit. Postquæ adinuicem cōuenere penes mare cōgredientes scorpionibus dimicatibus occurrunt. Hoc malum omen cum Marius esse duce ret repēte nauem ingressi ad insulā Cercinā quæ nō multum ab Epyro distat traiecerat: & rātum maris anticipauerāt quædam ipsis abeūtibus eques a rege ad locum missi unde cesserāt p̄spiciebant. Hoc discrimen imensum ut cætera effugiendum Marius nitebāt Romæ fama dissipata erat Scyllā in agro boetio cum copiis Mithridatis bellum agere. Cōsules iter se agentes seditionē ad arma capiēda cōcesserāt. & Octauius uictor euadens Cinnā tyrānidem exercere conātem urbe eiecerat: & loco eius Cornelium merulā cōsulem suffecerat. Cinna autē per cæteram Italiā copias cogens aduersus illos arma ferebat. Hæc cum Marius accepisset e uestigio nauigandum putauit: Qui sumptis quibusdam equitibus mauriciis ex Libyā necnō quibusdam ex his quæ Italia cesserāt non pluribus mille existentibus Thelamonium tyrrhenum oppidum traiecit. Hic seruos libertate donauit. Colonis gloria marii excitis & ad mare cōcurrētibus persuasisque iunioribus magnā manū breui Marius collegit: & quadraginta naues armauit. Cum animaduertisset Octauium uirum optimum & æquis legibus imperare uolētem. Cinnam uero suspectum Scyllæ & arma contra instātem rempublicam ferentem: huic cū exercitu se socium adiungere animo instituit Itaque nunciauit consuli pro uoluntate imperii eius omnia facturum. Cinna cū eum susciperet proconsulemque diceret & fasces atque alia magistratus insignia mitteret: hæc ornamenta fortunæ eius non cōuenire Marius inquit: qui cū uili ueste & plixa barba intonsisque capillis semp̄ uteretur ab eo die quo e Roma effugit: iam septuagesimum annum agens tardo ingressu gradiebatur. Cum uellet se miserabilem ostendere plus mansuetudinis ī aspectu eius quæ terroris miseri imiscebat Hæc mœsticia animum nō placatum uerum exacerbātū mutatiōe regis effecit. Postquæ Cinnam salutauit militum animis obseruatis statim ad negocia peragenda animum applicuit: & magnam rerum mutationē iniecit. Primum enim direptis nauium cibariis & mercatoribus prædando spoliatis a foro rerum uænalium illos prohibuit. Deinde ad maritimas urbes nauigans illas sibi conciliauit: & tandem Hostia p̄ditionem occupata res ciuium diripuit & plurimos necauit. Cum pōtes ī flumine struxisset aditus qui ex mari hostibus patebant cedere iussit. Deinde ab urbem cōtendens non tantum imperitia atque negligentia Octauii quantum inutili cura seruandarum legum mōtem ianiculum occupauit. Qui multis uolentibus ad libertatem seruos uocari ut leges diligētissime coleret: inquit se patriam nō daturum seruis: a qua Caius Marius arcere: postquæ uero metellus eius metelli filius qui a Mario expulsus ī Libyā militabat romā cōtēdit: & multo p̄stātor Octauio apparuit: milites dimisso Octauio ad illū contendunt rogantes imperium capeffere & urbi salutem uendicare: longe enim peritum ducē atque præstantiorem ad bellandū uincendūque sibi asciscere uolebant: metello hoc modesto animo ferente ac dicente ut ad consulem concederent: ad hostes cessere metellus de republica diffidens abeundi consilium statuit Octauium chaldæi ac uates quidam suis persuasionibus romæ detinuerunt: tanquam ibi manere & nusquam discedere opere precium extaret. Hic uir cum iter alia Romanarum obseruantissimus legum esset: & præsertim formam consulatus circa mores patrios ac leges tanquam non perimitatis litteris iexorabiliter custodiret: negligentia quadam rempublicam gubernauit: qui plurimum temporis p̄ p̄stigatores & uates potiusquam per uiros in republica & in re militari uersatos imperium administrauit. Hunc priusquam Marius aduentaret a suggesto deuulsum uulneribus confossum præmissi milites trucidauerunt. Fama est syngraphum chaldaicum ī sinu eius reptum fuisse. Hæc res multum admirationis ī se habuit: quæ ex duo-

